


15  
Cometæ,

ANNO HVMANI  
TATIS I. C. CIO. IO. LXX. VII.

à 10. VIIIbris per Xbrem in 13. Ianuarij sequen-  
tis anni, continuis Lx. & V, D. in sublunari  
regione adparentis,

D E S C R I P T I O.

*De illius motu Visibili & vero, adiectis cognitu dignioribus  
calculi, tabularum & demonstrationum ocularium fundamentis. De-  
nig, de huius meteorica impressionis Significatione, ex  
premissa descriptione, concepta.*



Authore BARTOLEMAEO SCYLTETO Philomathe.

EP

MA IN VRBIS  
GORLICHII INSIGNIA.



*Alta Iouis volucris vera sapientia imago est,  
Virtutis robur significatq; Leo.  
Hac inter, clypeo valide munita Corona  
Regna quibus fulcris stent diuturna, monet.*  
CHRISTE DEI virtus summi et sapientia Patris,  
Tu virtute pios consilioq; rege.

P. Vinc. Vratisl.



A M P L I S S.  
Doctrina Sapiencia atque Virtute  
S P E C T A B I L I B: V V.

D. COS. D D. Senioribus &c,  
totiq; ordini Senatorio

*Inclytæ Urbis & Reip: Gorlicensium. D D. S S. & Mæcenatib: obseruandissimis.*



Q U O D tardius, quam fortè par esse quibusdam videtur, in aream, cum mea, de C O M E T A siue ostento barbato, D E S C R I P T I O N E, prode, fecit materiæ huius magnitudo, quæ vt maiores ingenij vires, ita & maius temporis spacium sibi postulauit. Desudanti igitur mihi in laboris præsentis constructione, triens anni ferè elapsus fuit. Primum enim obseruationes multifariæ de motu & situ Cometæ cælo súdo & puro habitæ, itemq; calculus in ipsas obseruationes directus, omne sibi illud tempus, quo Cometa fuit conspectus vendicarunt. Sequens tempus in compositionem obseruationum & calculi, atq; hanc tripartitam descriptionem fuit collocatum. Nec temporis huius diurnitas nobis sine fructu abiit, sed plurima nobis citra vulgarem sensum, & admiratione & notatione dignissima, peperit. Inter alias autem obseruationes inprimis XII. nobis oblatæ sunt, quas, quia ab alijs expositas non

## NUNCUPATORIA.

meminerim, breuibus ( sicut inferius fusius ) hic referendas & repetendas memoriæ causa commodum iudicauit:

**PRIMA:** ipsius maxime molis in ambitu maioris circuli eleuata, quantitas, quam nos mediam tantum, ne legentibus difficilior creditu occurreret, posuimus.

**SECUNDA:** quod duratione adparentiæ suæ, LXV. D. dimensa, tam exactè ipsam Brumam notauit, vt tempus durationis ante & post Brumam exacte responderent, vt alterum altero ne quidem vnus horæ spacio longius esset.

**TERTIA:** quod primo cum apparuisset, & vltimo cum deflagrasset, eadem distantia à ☉ fuit, si scilicet magnum circulum per Cometam & Solem traductum animo concipimus.

**QUARTA:** quod disparuit & flagrare desit in circulo Tropici ☉ quem ostendit ex additione parallaxeos ad visibilem declinationem, vbi Cometa secundum verum suum situm euanuerat.

**QUINTA:** quod barbæ seu caudæ sinuosus tractus, cuius prior elongatio semper æquabilis Zodiaco, extremitas vero incuruata Aequatori, extitit. Qua ratione recta linea vel arcus per caput & extremum caudæ transiens, punctum æquinoctiale s. cardinem principij ✓ demonstrauerat.

**SEXTA:** quod ipso momento temporis, quo à nostro Imp. RODOLPHO

II. primum conspectus, Meridianum primum mundi, super insulas fortunatas directum, occupauerat, caudamq; ad vltimum Indiae angulum extenderat.

**SEPTIMA:** ζομβόαδες figura Geometrica, simillima ζομβω, quam polus circuli proprii motus Cometae cum polis mundi, & Zodiaci, item loco stellæ nouæ ante quinquennium adparentis constituerat.

**OCTAVA:** locus in VIIII. domo, quem omnibus temporibus sole occidente in nostra latitudine, occupauit.

**NONA:** quod mane ante Solis exortum dimidio ferme tempore adparentiæ suæ fuit conspectus.

**DECIMA:** quod excepto motu retrogrado, omnia alia motuum accidentiæ apsumserat.

**VNDECIMA:** quod circa primum aspectum omnes Planetae cum ipso Cometa in occidentali medietate Cæli obseruati fuerunt, quasi excipientes nouum illud iubar, & insolitam eius magnitudinem spectando admirantes, ac vim atq; effectus illius adaugentes.

**DVODECIMA:** eorundem situs in hemispherio inferno circa Nouilunium proxime antecedens, & superno excepta ☾ ad plenilunium sequens.

Harum & reliquarum de Cometa obseruationum, descriptionem Astronomicam & Physicam sequenti libello

N V N E V P A T O R I A .

bello in publicum emittere decreui, vt lectori, quod ha-  
ctenus ex penuario facultatis huius depromptum fuerat,  
palàm ostenderetur: Quæ impulsu & graui adhortatio-  
ne non minus eorum, qui in patria communi adminis-  
trationem ciuilem & scholasticam agunt, quam extra  
ipsam etiam in longinquiore locis viuentium, permo-  
tus (nam in hoc officio morem illis non gerere haud ho-  
nestum iudicauit) sequenti methodo, Astronomiæ con-  
sentanea & ipsius laudem ac commendationem respici-  
ente, exponenda esse duxi.

Vt autem eiusmodi lucubratiō patrociniō firmata  
promulgaretur (quam hac ratione lucem videre, pro-  
bata necessitas cum vtilitate, hac in beneuolorum com-  
mendationem, illa maleuolorum prauitatem maiori au-  
thoritate corripiendam, requirit & sic fieri imperat) ani-  
mus consilio, quorundam, & mihi & studio huic fauen-  
tium, informatus, eō inclinauit, vt vos, amplifs. atq; orna-  
tiss. V v. solos, quibus esset adscribenda, eorumq; com-  
mendatione & authoritate emittenda (ad quos cum in  
toto labore præsentis ab initio semper respexerim, adiecit  
stimulum, quo & promptius & accuratius eundem ador-  
narem) tanquam nostræ patriæ communis Patres, stu-  
diorumq; Patronos, sub quorum regimine atq; tutela,  
tam resp: quam schola optime constitutæ florent, feli-  
gerem. Quapropter V. A. & S. hoc opusculum, hono-  
ris & gratitudinis ergò, tanquam V v. pro acceptis be-

A 3

nefi-



N V N C V P A T O R I A .

neficijs plurimum honorandis , ijsq; quocunq; officiorum  
 genere gratificandis , offero & in testimonium patriæ  
 optimè de me meritæ, adscribo, atq; adscriptum propri-  
 um facio &c. Gorlicij superioris Lusatiæ in patrio solo &  
 priuatis ædibus , ad calcem deducta & ad oblationem  
 preparata, Dominico mediæ X x x x mæ, à nato C H R I -  
 S T O c l o . I o . L x x . V I I I . & anno mundi I o o c l o . I o c c .  
 L x x . V I I . secundum Romanæ, siue I o o c l o c l o . = .  
 L x x x . V I . Græcæ, ecclesiarum numerationem, qui  
 erat V I I . Non. Martij, coincidens cum I . D . Nisan Iu-  
 dæorum , anni Mundi I o o . I o . X x x . V I I I . & Almu-  
 haram Arabum anni I o c c c c . L x x x . V I . Muhumetici,  
 vtrinq; initiantis : Et D . X . V I I I . Pharmuti Ægyptio-  
 rum & Chaldæorum, anni c l o c l o . C c c . X x . V . à Sala-  
 manassarò , Item 12. Thargelionis Atheniens. anni 4.  
 Olymp. 588. & 24. Dyftri Macedonum anni 1907.  
 Monarchiæ Alexandri Magni.

V. A. & S.

*subditus & addictus*

*Bartholemeus Scultetus  
 Philomathes.*



58

IN BARTOLEMÆI SCULTETI  
Mathematici Cometæ obseruationem.

**D**Vm non mortali lustret Mens libera massa  
Pennigerum turmas inter, & astra Iouam:  
Supra hominem labor est: iam tum super ardua cæli  
Scandere, terrena mole grauante animos:  
Et se tollere humo, & tenues volitare per auras,  
Atq; super cæli vertice ferræ pedes:  
Scilicet, & vacuum longè per inane Cometam,  
Non oculis, fausto sed pede posse sequi:  
Et seruare viam, quæ fert vestigia flammis  
Dira, trahens longo sideris igne faces.  
Nil mortale tuum pectus Scultete fatigat,  
Linqvit putre ruens cura superba solum:  
Spiritus ethereas cum plenum raptat in auras,  
Et iubet igniuomas ire redire vias.  
Qui dentem stringis, quiq; astra tuentibus instas,  
Atq; animi, cælum voce laceßis, inops:  
Aut canis allatras fulgentia lumina noctis,  
Flammas aut superum cerbereo ore voras:  
Siste feram rabiem: non te Ioua luce potiri,  
Aut sinet etherea sistere sede gradum:  
Sed pice fumantem Stygia detrudet ad Orcum,  
Hic ubi sulfurea Nox micat atra face.  
Hic licet vsq; tones, non dignus scandere cælum:  
Nox, lucem & cælum qui fugit, atra premat.

Ioach: Maist: Gorl: f.

MAGISTRO



67  
MAGISTRO BARTHOLEMÆO

Suldeto, Astronomo, κομητοσκόπῳ.

Fœlices animæ, cœli quæ lucida templa,  
Ætheriasq; solent scandere mente domos:

Hæ propius cœlo cernunt pendentia summo  
Signa voluntatis prodigiosa DEI:

Qui quoties sanctas contemnimus vsq; sonantes  
Voces, & sacris edita scripta libris.

Affolet ardentes cœlo succendere flammæ,  
Mentis & iratæ ponere signa suæ.

An pius hic fuerit? non terq; quaterq; profanus?  
Iræ qui spernit signa timenda DEI.

Ducere non CHRISTVS somnum surgentibus astris,  
Nec vacua segnem stertere mente iubet:

Tolle caput, dicit, cœlestes aspice flammæ,  
Iudicij spectes horrida signa DEI.

Signa secuturæ sunt hæc prænuncia flammæ,  
Quæ mundi tandem soluet vtrumq; polum.

Ergo caput tollens CHRISTI super æthera iussu,  
Metiris diram, BARTHOLEMÆE, facem.

Et mala deliro properans quæ nunciet orbi,  
Scriptis, atq; animo vaticinante canis.

Quàm pius hic labor est, ad cœlum tollere corda  
Qui iubet, atq; pia mente vocare DEVM.


*Laurentius Ludouicus Leoberg:*

PARTIS

49  
PARTIS PRIMAE DESCRIPTIO  
NIS COMETAE

ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ.

IN QVO MOTVS  
ILLIVS VISIBILIS DIVRNARVM  
reuolutionum & via siue circulus proprij cursus, à 10.  
VIII bris anni clō Io Lxx VII, in sublunari regio-  
ne Mundi, ad 13 Ianuarij consequentis anni vsq̃  
adparens, per quoscunq̃ quinos dies,  
adspiciendi veniunt.




B

INVEN.

PRIMA PARS DESCRIBI  
 INVENTIO ANGVLI DAB QVI  
 EST OBLIQUATIONIS CIRCVLII PROPRII MOTVS  
 Comete ad Eclipticam: & puncti A in quo dictus circulus  
 Eclipticam pertransit.

Sit Zodiacus ABC & in eo obseruationes longitudinis comete, B 27. 32. |.  $\approx$  11. D. Decembris & C 10. 45  $\times$  Calend. Ianuar. Ex quibus agantur circuli ad suum Polum, qui est F, & in ipsis latitudines, prioris obseruationis DB 27. 26. |. posterioris EC 29. 7. Ex E in arcum FD cadat normaliter EG. In I. Triangulo itaq; FGE rectus ex positione, &



GFE 13. 13. |. qui est differentia inter duas obseruat: videlicet arcus BC atq; latus EF complementum latit. EC. Hinc argumentamur ex angularum & linearum proportione. Semissis subtensa anguli FGE ad Sem: Subtens: lateris FE, quemadmodum S. S. anguli GFE ad GF, cuius ideo arcus 11. 31. |. 19. ||. per I. Theorema Gebri Hispanensis exurgit.

Arcus FG per III. Theor: dict. auth: cognoscitur: Complementi sem. subtensa arcus GE ad comp. s. s. FE sicut tota s. s. FG. & c. ad compl: FG. Hinc ipsa FG arcus 60. 13. |. 28. ||. producitur. Qui a compl. latit BD sublatus, relinquit 2. 20. |. 32. ||. arcum scilicet DG.

In secundo triangulo DGE dantur duo latera GE & GD per precedentia, & angulus rectus EGD ex hypothesi. Hinc argumentamur: Semissis subtensa totius GE & c. ad complem: GE sicut compl. GD ad compl. DE per III. Theor: Gebri, cuius arcus 11. 45. |. 33. ||. id est, ipsa ED linea ostenditur.

Angulus GDE per I. Theor: cognoscitur Sem. subt: arcus DE ad s. s. anguli recti DGE sicut GE ad GDE qui est 78. 24. |. 36 ||. & verticalis ADB equalis.

In III. triangulo ABD dantur duo anguli ABD rectus, quia ex  $\frac{1}{4}$  emensus, & ADB per precedentia atq; latus DB latit. I. obseruat. Hinc argum: per II. Theor: secundum quod angulus rectus ABD & illius

62

PTIONIS COMETAE.


illius s. s. ad obliq. ABD tanquam compl. DB ad compl. DAB, unde ipse angulus DAB 29. 36. |. 19. ||. qui est obliquationis circuli proprii motus Cometae ad Eclipticam, quem toto suo curriculo obseruauit. In cuius locum propter suas rationes nos  $29\frac{1}{2}$  adsumpsimus.

Arcus BA, qui in puncto A ostendit locum Zodiaci, ubi obliquatio dicta pertransit, ex I. Theor. inuestigatur, Sicut DAB  $29\frac{1}{2}$  pp. angulus & illius s. s. sese ad s. s. DB habet, ita ADB ad BA cuius arcus reperitur 66. 25. |. 27. ||. qui à loco longit: primae obseruationis retroactus, nobis punctum A in 21. 7. |. 27. ||. dodecatemoriij  $\rightarrow$  commonstrat.

LATITVDINES singularum longitudinum ex obseruationibus datarum, inuento angulo DAB & puncto A per II. Theor. inuestigantur. Postea ex inuenta quacungq; latitudine, collatione cum angulo obliquationis & ang: recto habita, per I. Theorema, in circulo ADE locus & distantia Cometae ab A puncto inquiritur, cuius beneficio deinceps declinationes Cometae ab Aequatore, sicut docebimus, ad singulos datos terminos, exponuntur. Quae postmodum in sua tabula significabuntur.

INVENTIO ANGVLII HBA QVI  
EST OBLIQUATIONIS CIRCULI PROPRII MOTVS  
Cometae ad AEquatorem, & puncti B, in quo dictus circulus AEquatorem pertransit.

Describatur circulus CDGA Zodiacum vel Eclipticam representans, & ABF Aequatoris in puncto A quod sit principium  $\vee$  Zodiacum secans, atq; CEBH circulus proprii motus Cometae, sicut idem antea fuit ostensus, qui ex C ecliptica in B puncto Aequatorem secabit, cuius interuallum ab  $\vee$ . secundum Tempp. numerationem, una cum angulo HBA peruestigandum, similiter quoq; distantia B à C quod prius A notabatur & c. In cuius rei inquisitionem oportet, ut DEFK colurus solstitorum ex polo A, itemq; GBK ex K per B in G usq; descendant, quibus diuersi trianguli procreantur.



PRIMA PARS DESCRIBI-

I. Triangulus CDE duobus datis angulis CDE recto, quia D quadrante s. polo circuli CDGA annotatur & ECD qui idem cum DAB precedentis examinis atq; latere CD 9. pp. quibus scilicet punctum C id est 21. gr.  $\rightarrow$  ipsum D Brumæ locum antecedit. Hinc argumentationes consequuntur, ut inuentio anguli CED ex II. Theorem: Gebri constat, ubi s: s: recti CDE s: s: obliqui ECD quale compl. CD ad compl. CED. Hinc ipse angulus CED ostenditur 60. 53. |. 54. ||. idem quoq; verticalis FEB erit.

Et latus EC ex Theoremate fit cognitum, nam s: s: anguli CED ad s: s: lateris CD, sicut recti CDE ad CE, qui arcus exponitur 10. 18. |. 40. ||. postea addendus EB ad constitutionem CB.

Atq; latus ED ex eodem Theor: S: s: enim anguli CDE ad s: s: arcus CE, sicut anguli ECD ad ED qui est 5. 3. |. 29. || postea à DF subducendus, declinatione nimirum maxima  $\odot$  ab Aequatore, ut relinquatur EF.

II. Triangulus EFB cognitis duobus angulis EFB recto, quia ex polo A in suum maximum, DEFK ipsa ABF  $\frac{1}{4}$  dimensione cadit, FEB verticalis per priora, atq; latus EF ex dicta subtractione DE à DF. Hinc primum angulus FEB per II. Theor: Gebri patefiet, Qualis enim est proportio s: s: ang: recti EFB ad obliqui FEB, talis s: s: compl: EF ad compl. FBE. Vnde ipse angulus FBE 33. 59. |. 57. ||. prodit, qui etiam ad verticem erit HBA angulus obliquationis, circuli proprii motus Cometae ad Aequatorem, quem reperiendum proposuimus. Huius ang: residuum ad duos rectos est 146. 0. |. 3. ||. id est ang: CBA.

BE arcus per I. Theorema sic indagatur, FBE anguli s: s: ad arcus EF s: s: sicut anguli recti EFB ad BE qui est 34. 22. |. 54. ||. ad quem CE arcus prioris trianguli collectus, generabitur totus CB 44. 41. |. 43. ||. distantia nimirum à C puncto intersect: in Ecliptica ad B ubi Aequatorem Cometa peruagatus est.

Per idem Theor: arcus quoq; FB patefiet. Angulus enim rectus EFB & s: s: illius ad s: s: arcus EB quemadmodum anguli FEB ad FB, qui ideo est 29. 34. |. 2. ||. cuius compl. 60. 25. |. 58. ||. ad longitudinē arcus BA referendum. Quo modo in Triangulo ABC omnia latera & anguli sunt reuelati, Arcus BA ex toto circulo, id est, 360. temporib. subtractus,  
relin-

6

PTIONIS COMETAE.

relinquit 299. temp: 34. | .2. ||. à puncto cardinali  $\vee$  ad cum locum in quo Cometa Aequatorem transiit: quod etiam inuenisse oportuit.

IIII. Triangulus BGC datur duobus angulis CGB recto quod G per  $\frac{1}{4}$  à polo circuli CDGA distat, & BCG superiore inuentione, atq; arcu CB ex CE & EB ante composito. His arcus BG exploratur, Qualis enim (per I. Theor:) est habitus s: s: recti BGC ad s: s: arcus BC, talis quoq; anguli BCG ad arcum BG, qui exhibetur 20. 15. | .49. ||. Latitudo cometae tempore transitus per Aequatorem, quoq; inuestiganda.

Arcus CG reuelatur per III. Theor: compl. enim BG & s: s: illius ad s: s: compl. CB sicut integra s: s: CG & c. ad compl. CG, hinc ipse arcus CG 40. 44. | .0. ||. Longitudo nimirum Cometae dicto tempore, transitus per Aequatorem quoq; à C id est, 21. gr:  $\rightarrow$  enumeranda, qua hoc modo locum ipsius in 1. gr: 44. | .0. ||. cum Aequatorem permeasset, demonstrat.

Et hæc de circuli proprii motus constitutione atq; qualitate cum reliquis obseruata, exposuisse sufficiat.

INVENTIO MOTVS PROPOR-  
TIONALIS, QVEM COMETAM OBSERVASSE TESTIS  
fuit experientia: & termini suæ stationis, vbi finem sui cursus &  
consummationem suam adsecutus est.

Cometam inequali cursu motum proprium in suo circulo absoluisse, manifesta experientia edocti sumus. Et vt obseruationes diuersæ inuicem collatæ testantur, proportione Arithmetica à velociori in initio adpationis ad tardiozem ante disparitionem direxit, atq; maiorem diurnum  $107\frac{7}{4}$ . scr. prima excedentem, notare non licuit, quem si adplicabimus ad primi diei adparentiam, id est, 10. Nouemb. cumq;  $1\frac{4}{4}$ . singulis diebus decrescentē suerimus, totius adparentiæ continuo successo ad LX. & V. dies prorogabitur & locus in 14. gr:  $\vee$ . suæ stationis & consummationis significabitur. Hinc medius motus diurnus  $53\frac{7}{8}$ . constituetur, qui sexages quinques ad 16. gr:  $\vee$  collectus, etiam terminum in 14.  $\vee$  aperiet, atq; cum visibili motu collatio facta, prostapheresin mediæ & visibilis motus annunciabit, qualem cursus Cometae qualitatē itemq;

PRIMA PARS DESCRIBENDI

*terminum stationis ante Brumam definiuimus presentem & futuram cum experientia respondentem.*

*Iactis enumeratis modo fundamentis, descriptionem sequentem & tabb: motus visibilis, extractas esse volumus.*

DE PHAENOMENIS  
COMETÆ SIVE MOTV  
EIVS VISIBILI.

**C**ometæ motus violentus ad occasum versus, potestati primi mobilis subiectus, singulis diebus alios atq; alios visibiles Aequatoris Parallelos ostendens, eosq; primum ultra, nunc vero cis ipsius tractum positos, manifeste nos instruit, naturalem siue alterum illius motum *εἰς τὰ ἐπόμενα* signorum cœlestium directum, quem Astronomi proprium vocant, ASCENDENTEM & SEPTENTRIONALEM rectius & citra omnem contradictionem dici posse; præsertim cum & septentrionali medietate cœli ab Ecliptica toto suæ adparentiæ tempore nobis visus fuerit. Quamuis autem à principio infra Aequatoris circulum adparuerit, ipsum tamen transcendens post *ἡ.δ.* nunc omnino, & ab illo septentrionalis nobis existit. Quomodo latitudine pariter & declinatione iuxta Astronomorum vocabula aquilonaris, medietatem cœli nostras terras respicientem occupans, nuncupabitur. Hinc si ad artis fundamenta cuiusmodi qualitatem & naturam motus visibilis accommodamus, maximum in cœlo circulum, eumq; tanquam regulam & mensuram producimus, cuius beneficio æquè vt peractum, ita etiam peragendum cursum ad situm nostri Horizontis describere & præfagire possumus. Ad quod negocium peragendum nos oportet obseruationes, instrumentis varijs, de situ & motu illius desuper acceptas, quibus distantiam ab alijs sideribus, situm in circulis altitudinum (quos Arabes



62

P T I O N I S C O M E T A E .

Arabes Azimuth) & latitudinum ( Almicantarath adpellant) concepimus, diligentissimè ad peripheriam dicti circuli adplicare, & in directo tramite ordine in ipso an confideant annotare. Hac ratione denicq; primam partem descriptionis Cometæ, de eius motu visibili, antequam ad alteram de Parallaxi & vero motu, itemq; tertiam de significatione illius, accedimus, conuenienter consignare poterimus.

Observationes itaq; hæctenus ab initio adparitionis Cometæ, vsq; ad crepusculum III. Id. Xbris à nobis diuersis instrumentis habitæ, decem numerantur, quæ singulæ in recto tramite & ambitu maximi cuiusdam circuli inuicem ordine consequuntur, atq; cum Ecliptica angulum sphericum ad sesquitriginta gradus dilatatum efficiunt: Quarum obseruationum communis & proprius polus fermè trigonum æquilaterum cum Zodiaci & Mundi polis, versus æquatoris & Eclipticæ interfectionem autumnalem, constituit, vt qui propterea ab hoc ex doctrina Triangulorum 33. pp: 59. / .57. // & ab illo 29. pp: 36. / .19. // segregatur, atq; inter Draconis septentrionalis stellas in dodecatemorio insitas in illius 21. gr. 7. / .0. // Latitudinis 60. pp. 23. / .41. // sedem fixit. Ex isto cœli loco, id est, polo, Maximus circulus descriptus, sua circumferentia viam adparentis motus huius Cometæ euidentissimè demonstrabit, qui Eclipticam in 21. gr: ↗ atq; II secat, vt quos gradus signorum si attingeret, visibiliter nobis in Ecliptica collocaretur. Illud autem accidere minimè posse, temporis breuitate in eius adparentia prohibebitur: post enim ↗ principium incepit & ante II finem sortietur. Ergo maximam latitudinem borealem ad 21. gr. X & australem 21. m deuenire necesse erit: quibus in locis, si ea adpeteret, longissimè ab Ecliptica distare, atq; à X latitudinem descendantem septentrionalem ordiri posset. Aequatoris peripheriam transit idem circulus, primum ad boream declinans à 299. tempp: 34. / .3. // qui locus cum ad 1. gr. 44. / .0. // respondeat, etiam tum temporis Cometam permeasse Aequatorem manifestum erit, Ad quem citius redire non poterit

PARS PRIMAE DESCRI-

poterit nisi in  $\Omega$  signo quod proculdubio ob temporis decurtationem non adsequetur. Maxima hinc declinatio expectanda foret in  $9$ , gr.  $34$ . /  $14$ . //  $\gamma$  qui locus accommodatur  $29$ , temp:  $34$ . /  $2$ . // Aequinoctialis, ubi locorum nobis ad boream maximam elevationem supra Horizontem ad  $73$ , pp:  $19$ . /  $57$ . // & à vertice distantiam ad  $16$ , pp:  $40$ . /  $3$ . / in Meridiano circulo visui exhibere posset &c.

Hac methodo præmonstrata, nunc tandem licet Cometæ huius visibilem motum tam præteritum quam futurum commodius & certius examinare atq; describere; Circulus enim iam ostensus de his omnibus nos edocet, ut qui tanquam norma in nostro Horizonte expositus, de singulis illius adparitionibus rationem reddere potest. De principio Cometæ quando primum ab incensione nobis sit visus ante  $10$ , VIIIbris, id est, Dominicum S. Martini ep; nullus alius aut prior dies à quoquam fuit animadvertus, cuius nimirum noctis crepusculo instante, initio supra Finitorum nostrum in occidua aëris & cœli parte atq; VIII. domo  $\epsilon$   $\epsilon\pi\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\phi\omicron\rho\varsigma$  à Saturni astro, ad  $13\frac{1}{2}$  gr; in ambitu transcendentis Maioris circuli, secundum longitudinem Zodiaci vero tantum  $6$ . gr; distans & in  $16$ . gr;  $\varphi$  Latit.  $13$ . septentr: humano generi se conspiciendum obtulit. Qui visus est caudam instar barbæ longissimæ ad successionem signorum cœlestium ex aduerso  $\odot$  ( qui tum in inferiore hemisphærio VI. domo & fine  $\mu$  versabatur ) & à latere Zodiaci longitudine ultra  $40$ . gr; sub primo mobili ex medio dodecatemorii  $\varphi$  per totum  $\mu$  producere, & in extremitate sua sensibilibiter ad Austrum inclinare. In Sphæra autem VIII. corpus illius proximè supra interscapilium, ut vocant, boreale  $\rightarrow$  asterismi notabatur, à quo cauda emissa super  $\beta$  &  $\mu$  sidera continuabatur, quæ extremitate sua triangulares stellas dextræ manus  $\mu$  infra pegasus fermè attingebat.

Forma Cometæ molem candentis alicuius globi referebat, quæ ignem euomeret, & in extremitate fumum quasi permixtum obtineret. Talis emissus ignis caudam lucidissimam conficiens,  
 totus

PTIONIS COMETAE.

totus diaphonus adparuit, vt etiam à tergo fixæ translucentes de-  
 monstrarentur. Et non aliter figuratio illius nobis obijciēbatur,  
 ac si eiusmodi globus ex bombardā ad occasum versus ex plaga  
 cœli intermedia orientis & meridiei, cui ad nostrum intuitum  
 Thracia & Asia minor subiiciuntur, propulsus fuisset, & hoc mo-  
 do in cœli facie considens, materiam suam sulphuream & bitu-  
 minosam secum vectam conflagraret, suisq; post se relictis flam-  
 mis s. ignis vomitu, locum quasi profectionis, & vnde nobis sit me-  
 tuendum malum ostenderet. Ita in istum cœli locum protrusus,  
 & ex vi astrorum, id est, ☿ ☿ ☿ ☾ cum ☉ ☿ & ♃ propinquissi-  
 mis incensionem cum motu consecutus, nunc ad alterum latus vi-  
 delicet boreale ab oriente cursum suum proprium dirigit, & ad vi-  
 sum nostrum Russiam atq; totam Sarmatiam Europæam & Asia-  
 ticam, angulum cum cauda ad 29 1/2, pp: constituens, adpetere vi-  
 detur, quasi Thraciam cum Sarmatia coniungere vellet.

Tempus eiusmodi adparentiæ ad H. 5. pomeridianam, id est,  
 3/4. post occasum ☉ s. 1/4. H. post auditam apud nos XX & IIII. cum  
 referimus, nobis Ascendentis gradus 14. II cum 41. temppe:  
 Aequatoris, & occidentis totidem ♃ cum 221. temppe: occur-  
 runt. In quo cœli schemate Planetarum solus ♃ in nostro hemi-  
 sphærio, reliqui omnes in inferiori ostenduntur. Circa quod tem-  
 pus Corona septentr. & Lanx ♄ merid: atq; Centauri sidus oc-  
 casum subierunt. Et contingebat ista adparitio postridie ☿ ☾ cum  
 ☉ & illo ipso die ☿ eiusdem ☾ cum ♃, atq; cum post biduum ea-  
 dem ☾ ♃ coniungenda erat, cumq; dicta H. tres Planetæ ☿ ♀ & ♃  
 in dodecatemorio ♄ circa emergentem gradum VI. domus com-  
 morarentur. Quo modo tota medietas cœli altera, quæ orientalis  
 à meridiano vacua ab Erraticis consistebat, in qua nostrum Hori-  
 zontem Cœtus ad austrum & Taurus in Zodiaco cum freno Er-  
 richthonij tum temporis transcendere ceperunt. Cometa proxi-  
 mē sequens ♃ partilem, vt vocant, synodum cum ipso, quemad-  
 modum cum ♀ in ♄ □ radium à principio obseruauit: Cum  
 alijs πλατικῶς conueniebat, vt ♃ & ☿ per □ atq; ☉ \*, Saturnus  
 C præsen-

## PRIMA PARS DESCRIP-

præsente cœli constitutione ♄ dodecatemorion, vbi domicili-  
um ipsius est, possidens, vna cum ♀ in ♌ gubernationem essen-  
tialem, vt dicunt, sibi arrogat: Particeps in communicatione ac-  
cidentalibus virtutis ♄ in cardine occidentis efficitur. Tantum de  
cœli themate hæcenus pronunciasse sufficiat: nunc porro de cur-  
su Cometæ per signa & asterismos in circulo motus sui aliquid  
dicendum nobis erit.

Prima iam exposita Cometæ adparitio, proximè infra sydus  
Aquilæ & illius informatas, vt Astronomi loquuntur, stellas,  
quas Ptolemæus Antinoo tribuit, radicale suum principium adfi-  
xit. Ex quo loco tanquam sede primordialis incensionis, & natali  
visibilis adparentiæ atq; motus, egrediens, primum appetijt Anti-  
noi asterismum, illiusq; stellam in ordine quintam (Ptolemæo  
australiorem & quintæ magnitudinis dictam) ad 13. Nouemb-  
bris, vt patet cum nostris obseruationibus quoq; ex tabella de ad-  
parente motu eius extracta, à parte boreali attigit. Deinde altius  
adsurgendo cum secunda stella prænominati Antinói (Ptolemæo  
infra australem Aquilæ partem & 3. magnit:) ad rectam obserua-  
tionis nostræ lineam 18. Nouemb, corporalis ad visum copula-  
batur.

Post discedens ab Antinói astro proximo die ☿ dodecate-  
morion ingrediebatur, & demum spacium à stellis vacuum 12.  
D. à septentrione Aquilam & Delphinum, ab austro vero ve-  
stimentum manus sinistrae Aquarij præteriens, peruagatus  
est. Interea tamen ad Aequatoris circumferentiam properans,  
eam in 2. gr: ☿ inter 19. & 20. Nouemb. transiijt, à quo  
tempore nobis in hemisphærio cis Aequatorem adparens, decli-  
nare ad boream cepit. Calend. autem Decem: vespera diem ☉  
sequente, cum purissimus aër nobis obijceretur, & propterea Co-  
metæ corpus cum cauda euidentius oculus noster contueretur,  
locus in 17 ☿ id est, signo integro & 1. gr: à prima adparitione  
absoluto latit: sesqui viginti quinq; gra: annotabatur suis orga-  
nis, atq; ex eo visibilis illius cauda ultra XI. stellam Pegasi (Pto-  
lemæo)

64

P A R S P R I M A D E S R I -

lem. præcedentem duarum propinquarum in collo, 3. magnit:) ad posteriores duas in opposita vsq; extensa, sub primo mobili 25 $\frac{5}{8}$ . gr. assequebatur. Et 2. D. Xbris ad Equuleum ( Ptolemæo præcisionem equi ) venit, cuius stellam occidentalem in ore ( Ptol: præcedentē & obscuræ magnit. ) à parte australi reliquit. Postmodum alteram ( Ptol: sequentem in ore & quoq; obscuræ magnit: ) accessit quæ biduo ante per caudæ tractum radios transmiserat, quam ad oculum in superiore ad ortum inclinante parte tangere videbatur.

A 4. D. Xbris, h. e. prid. Non. cum indies Cometa ad verticem altius eleuaretur versus pegasum properauit, quo tempore aspectus illius aliquot diebus, ob aëris turbulentiæ & nubium nocturnarū interpositionem nobis præripiēbatur. Interea ergo præteritis obseruationibus innixi, ( quibus medium motum 0. gr. 53. / .33. // .16. /// .52. // .30. // . ex max. 1. gr: 47. / .6. // .33. // . 45. // . arripuimus, tabellâsq; inde formauimus ) de loco & motu illius rationem reddere operæ præcium erat: Quapropter de futuris diebus beneficio calculi quædam pronuntiabimus. Et adseueramus 8. D. Xbris, postridie, postquam circulo magno per ☉ & Cometam ducto, sextilis radius ☉ in 25. ♄ Cometa 23. ♀ ad longitudinem Zod: positus, mutuo interciderat, eum ultra 3. gr: ad aquilonem stellam 17, quæ est in ore Pegasi, & 3. magnit: & futuris diebus ad austrum Pegasi collum relicturum. Ab eo tempore Cometa sensibiliter luminis & quantitatis decremento laborans, quoq; motu suo proprio deficere & tardior tanquam stationarius Planeta, fieri, incipiet.

A. 14. Xbris dodecatemorion X ingressurus in eo cursum suum conficiet, circa cuius 13. gr: diurnus motus consummabitur. Et quia inibi sperandus quasi immobilis & sublunari regioni adfixus, vix maximam suam latitudinem in 21. X inter stellam radicis pedis dextræ Pegasi, & duas præcedentes attinget, multo minus declinationem max: in 10. ☿ proximè post septentrionalem  
C 2
stellam

PRIMA PARS DESCRĪ-

stellam in Deltoto, circulo proprii motus ostensam, de quibus terminis superius cōmemorationem habuimus.

Quantum itaq; obseruationes nostræ, ex Phænomenis præteritis conceptæ, valuerunt, hæc de prima parte descriptionis Cometæ proferre hæctenus conueniebat, quibus nunc tabulas libet subiicere, accidentia visibilis motus repræsentantes. Quæ porro de vero eius motu, loco &c. quæ ab adparente iam exposito, sicut centrum mundi ab eius superficie, differunt, dicenda & examinanda sunt, ex præmonstratis atq; obseruationibus simul coniunctis & collatis, consequenter, quemadmodum ab vtriusq; Significatio & euentus, dependent.

*Bruma an. lab. clo, Io, Lxx, VII. edita:*

TABVLA MOTVS ADPARENTIS COMETÆ, AD SINGVLA crepuscula directâ, continens Longitudinem, Latitudinem, Declinationem & alias notabiles obseruationes: quam ante Brumam hac methodo construximus.

Series dierū adpar.	Mensium Rō. collat.	Locus ☉ ad horā & pomer.	Longitu. sec. dodecat. Zod.	Latit. septent. ab Ecliptic.	Dist. à zi ꝑ in cir prop. mot	Declin. vlt. citr. Aequat.	Med. mo. longitu. Comet.
Dies	Dies	Gr. ./. Gr. ./. Gr. ./. Gr. ./. Gr. ./. Gr. ./. Gr. ./. Gr. ./.					
0	9	27 0	♄ 13	12 36		10 18	15 17
1	10	28 1	16 0	13 27	28 11	9 9	16 0
2	11	29 2	17 45	14 17		8 9	16 54
3	12	♁ 2	19 28	15 6		7 10	17 47
4	13	1 3	21 10	15 52		6 12	18 41
5	14	2 4	22 50	16 38		5 15	19 34
6	15	3 5	24 29	17 20	37 14	4 18	20 28
7	16	4 6	26 5	18 0		3 24	21 21

65

## PTIONIS COMETAE.

Series dierū adpar.	Mens- umRō. collat.	Locus ☉ ad horā 6 pomer.		Longitu. sec. dode. cat. Zod.		Latit. se. ptent. ab Ecliptic.		Dist. à 21 ♄ in cir. prop. moi		Declina. vltr. citr. Aequas.		Med. mo longitu. Cometae.	
Dies	Dies	Gr.	./.	Gr.	./.	Par.	./.	Par.	./.	Par.	./.	Gr.	./.
8	17	5	7	27	41	18	39			2	30	22	15
9	18	6	8	29	14	19	17			1	38	23	8
10	19	7	9	☿	46	19	53			M	47	24	2
11	20	8	10	2	16	20	28	45	14	S	0	24	56
12	21	9	11	3	45	21	1			0	31	25	49
13	22	10	11	4	12	21	32			1	21	26	43
14	23	11	12	5	37	22	2			2	8	27	36
15	24	12	13	6	1	22	30			2	53	28	30
16	25	13	14	7	23	22	56	52	17	3	37	29	23
17	26	14	15	8	43	23	21			4	20	☿	17
18	27	15	16	9	2	23	45			5	2	1	10
19	28	16	17	10	19	24	8			5	43	2	4
20	29	17	18	11	34	24	29			6	23	2	58
21	30	18	18	12	48	24	49	58	27	7	2	3	51
22	1	19	19	13	0	25	8			7	39	4	45
23	2	20	20	14	11	25	26			8	14	5	38
24	3	21	21	15	20	25	43			8	48	6	32
25	4	22	22	16	27	25	59			9	20	7	25
26	5	23	23	17	33	26	14	63	50	9	53	8	19
27	6	24	24	18	37	26	28			10	24	9	12
28	7	25	25	19	39	26	41	*. in ma		10	54	10	6
29	8	26	26	20	40	26	53	xi. circu		11	23	11	0
30	9	27	28	21	39	27	5	li ambitu		11	51	11	53
31	10	28	29	22	36	27	16			12	17	12	47
32	11	29	30	23	32	27	26	68	27	12	44	13	40
33	12	☿	31	24	26	27	36			13	9	14	34
34	13	1	32	25	19	27	45			13	33	15	27
35	14	2	33	☿	10	27	53			13	57	16	21
36	15	3	34	0	59	28	0	72	28	14	19	17	14
37	16	4	35	1	46	28	7			14	41	18	8

Decemb.

PRIMA PARS DESCR-

Series dierū adpar.	Mens- um Rō. collat.	Locus ☉ ad horā 6 pomer.	Longitu. sec. dode- cat. Zod.	Latit. se- ptent. ab Ecliptic.	Dist. à 21 ♄ in cir. prop. mot	Declina. vltr. citr. Aequar.	Med. mo. longitu. Cometa
Dies	Dies	Gr. ./.	Gr. ./.	Par. ./.	Par. ./.	Par. ./.	Gr. ./.
38	17	5 37	2 32	28 13		15 1	19 1
39	18	6 38	3 17	28 19		15 20	19 55
40	19	7 39	3 59	28 24		15 38	20 49
41	20	8 40	4 40	28 29	75 42	15 55	21 42
42	21	9 42	5 20	28 34		16 12	22 36
43	22	10 43	5 57	28 39		16 28	23 29
44	23	11 44	6 34	28 43		16 43	24 23
45	24	12 45	7 8	28 47		16 58	25 16
46	25	13 46	7 41	28 50	78 22	17 12	26 10
47	26	14 47	8 12	28 53		17 25	27 4
48	27	15 48	8 41	28 56		17 37	27 57
49	28	16 49	9 9	28 59		17 49	29 51
50	29	17 50	9 36	29 1		18 8	29 44
51	30	18 51	10 0	20 3	80 23	18 10	30 38
52	31	19 52	10 23	29 5		18 20	1 31
53	1	20 53	10 45	29 7		18 29	2 25
54	2	21 53	11 4	29 8		18 37	3 17
55	3	22 54	11 22	29 9		18 44	4 11
56	4	23 55	11 39	29 10	81 50	18 50	5 5
57	5	24 56	11 53	29 11		18 56	5 59
58	6	25 57	12 7	29 12		19 2	6 53
59	7	26 58	12 18	29 13		19 7	7 46
60	8	27 59	12 28	29 13		19 12	8 40
61	9	29 0	12 36	29 14	82 46	19 16	9 32
62	10	☿ 1	12 43	29 15		19 20	10 16
63	11	1 2	12 48	29 15		19 23	11 19
64	12	2 3	13 6	29 16		19 25	12 14
65	13	3 4	13 7	29 16	83 10	19 27	13 7


Partis primæ descriptionis Cometæ F I N I S.



PARTIS SECUNDAE DESCRI  
PTIONIS COMETAE

ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ,  
DE HVIVS METEORICAE  
IMPRESSIONIS, VERO MOTV, MA-  
gnitudine, loco, &c. in sublunari regione M.

Quæ ex PARALLAXI, Cal. Ian. anni ineuntis c10, 10,  
LXX, VIII, observatione facta & in eandem calculo Astronomico, ad  
institutum doctrine Triangulorum, directo, è sublimi concepimus: ha-  
bitu exinde machine M. duplici formato: posita nimirum Terra mobi-  
litate, qua Comete non nisi vnicus motus ad ortum versus tribuitur,  
& eiusdem immobilitate, qua alter reuolutionis diurnæ adijcitur:  
qua ratione presenti diagrammate huic Meteoro  
dupl. faciem accessisse videmus.



ΕΠΙΛΟ-



SECUNDA PARS DESCRI-  
**ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ ΑΝΓΥΛΩΡΩΝ ΕΤ**  
 linearum præcedentis diagrammatis.

**IN QUORVM SITV ET PROPOR-  
 tione, varij ad spectus multiplicium locorum cælestium atq; ter-  
 restrium, ad COMETAM directi,**  
 aperiuntur.

**TRIANGVΛORVM SPHAERICORVM. I.**

*Ex informatione Clariss. Mathematici M. Pauli VVitichij Vra-  
 tislau. ad crepusculum Cal: Ianuarij. organis conuenientibus & duabus  
 institutis obseruationibus sequentia phænomena de cæli tam firmamenti  
 quam sublunari, concepimus.*

**P. .1. Prima obseruatione.**

Radio astron:	Alterâ distant:	{ ε κ 28. 0. }	{ 7α * Androm: } supra Cometam in eodem
		{ ζ η 10. 15. }	{ 8α * Pegasi } circulo verticali ε ζ η κ
		{ ε ζ 17. 45. }	mutuam prædictarum * *
		{ ε θ 28. 25. }	7α * Androm: } supra Comet. extra circul.
		{ ζ θ 10. 55. }	{ 8α * Pegasi } vertic. δ κ θ remoto priore.
Declin. inuers.	{ δ ε 37. 15. }	complem: altitudinis	{ 7α * Andromeda. COMETAE.
	{ δ θ 61. 7. }		

*Hoc fundamento adsumpto, cælestium locorum habitus ad Come-  
 tam, Trigonis VIII. sphericis, subiecta forma argumentationis & con-  
 clusionibus inde natis, demonstratur.*


**DIAGRAMMA GENERAL  
 le VIII. Triangulorum.**

Series

PTIONIS COMETAE.

Series Triang:

- I.  $\zeta \epsilon \theta$
- II.  $\delta \epsilon \theta$
- III.  $\delta \epsilon \kappa$
- IIII.  $\kappa \kappa \theta$
- V.  $\gamma \theta \kappa$
- VI.  $\delta \gamma \theta$
- VII.  $\gamma \kappa \theta$
- VIII.  $\downarrow \gamma \theta$
- VIIII.  $\downarrow \kappa \theta$




$\zeta \epsilon \theta$ .

DE I. TRIGONO IN QVO EX DATIS LATERIBVS EXPLORANTVR ANGVLI.

Dantur arcus.

Par. 1.

- $\epsilon \theta$  f. AB 28. 25. 4758801. EB
- $\epsilon \zeta$  f. AC 17. 45. 3048643. FC
- $\zeta \theta$  f. CB 10. 55.



Per XIII. proposit. Triang. sphericorum Copernici, inuestigandus angulus CAB, Ducta semisse subtensa arcus AB quæ est

BE partium 4758801. qualium integra 10000000. & arcus AC quæ est CF partium earundem 3048643. alligatis prius punctis A. C. & B ad centrum spheræ D, suis vt hic adparet rectis. Postea lineæ BE æquabilis ducatur ex puncto F ipsa FG, quæ DB extensam secat in G. ad quod ex C recta etiam emittatur. Etiam ex angulo ad C perpendicularis in DG cadat, quæ sit CO. Similiter in aduersam partem, in AB normalis CL vel  $\zeta \lambda$  circularis constituatur. Postremo extendatur FG in H vsq, & centro G atq, interuallo GC circulus MCKH fingatur, & G cum K recta coniungatur, itemq, ex G angulo normalis GL in CK vsq.

## SECUNDA PARS DESCRIBENDI

usque descendat. Quae ratione ad Anguli CAB inuentionem omnia sunt preparata.

Primum inquiritur latus FG per 4. lib: 6. Eucl.: Qualis enim DE ad EB talis DF ad FG in partibus ubi tota sem: subt: est 10000000. Hinc FG 5153166. producit. Postea per eandem latus DG agnoscitur: qualis enim EB ad FG, talis DB tota sem. s: ad DG, videlicet 10828707. Tandem per 4. prop: Planorum Copernici, de latere CG ex datis duobus in triangulo DCG lateribus atq; angulo acuto CDG erudimur, quod est 2146147. similium partium. Examinitis ad eam inuentionem duobus partialibus trigonis COD & COG, ubi CO 1893810, DO 9819037, & OG 1009670. partium earundem prodeunt. Ita in triangulo FGC, cuius angulus GFC sectionis est arcuum duorum AB & AC, dantur omnia latera, quare per 7. prop: Planorum Copernici, angulus quoq; GFC reuelabitur. Per penultimam enim tertij Euclidis productum ex FH in FM idem est, cum eo, ex EK in EC. Adiecto igitur GC aequali GH (quia ex centro ad circumf. utraq; extensa) ad FG, fit FH cognita, & eadem ex FG ablata, relinquetur FM multiplicanda in FH, unde parallelogrammum generatur 21949162877947, diuidendū per FC, qua proditur FK 7199650, ab ipsa FC dempta, remanebit CK 4151007, bipartienda ut CL prodeat, quae ideo erit 2075503½. Dantur hoc modo in triangulo rectangulo GLC duo latera, quamobrem GL per 3. prop: planorum Cop: manifestabitur, & ex eadem in triangulo GLF angulus ad F 6. 2. |. 56. ||. qui idem cum sphaerico CAB, aperitur: qui explorandus fuerat.

Reliqui anguli in trigono  $\zeta\epsilon\theta$ , quamuis necessarij huc non recipiuntur, ex sententia Gebri, constitutis partialibus  $\lambda\epsilon\zeta$  &  $\lambda\zeta\theta$ , reperiuntur. Datis primum in  $\lambda\epsilon\zeta$  duobus angulis, ad  $\lambda$  recto &  $\epsilon$  obliquo, itemq; latere  $\epsilon\zeta$ . Ostenditur per 1. propos: illius,  $\zeta\lambda$  1. 50. |. 11. ||. per 3. pr:  $\epsilon\lambda$  17. 39. |. 28. ||. ergo  $\lambda\theta$  residuum in  $\epsilon\theta$  erit 10. 45. |. 32. ||. & angulus  $\epsilon\zeta\lambda$  84. 15. |. 4. ||. Postea in  $\lambda\zeta\theta$  datis singulis lateribus & angulo recto  $\zeta\lambda\theta$ , per 1. prop:  $\zeta\theta\lambda$  9. 44. |. 29, qui quoq; est  $\zeta\theta\epsilon$ , proditur & per eandem  $\lambda\zeta\theta$  80. 18. |. 18. ||. qui collectus priori  $\epsilon\zeta\lambda$ , componit  $\epsilon\zeta\theta$  164. 33. |. 22. ||. In primo ergo Triang:  $\zeta\epsilon\theta$  omnes anguli hac ratione sunt expositi

PTIONIS COMETAE.


positi & definiti per later. cognitionem, Quos inuenisse propositum fuit.

∠ ε θ.

DE II. TRIGONO, IN QVO EX COGNITIS SIMILITER LATERIBVS anguli reuelantur.

Dantur arcus.

P. ./. 4758801.
ε θ. 28. 25. 4758801.
∠ ε. 37. 15. BE. 6052940.
∠ θ. 61. 7. CF. 8756051.



Etiam per operationem XIII. propos: sphericorum Copernici, angulus BAC innotescit. Ducenda linea BE quae est semipsis subtensa arcus AB, & CF s: s: AC. Postea FG parallelus EB, & ex G normalis in latus DC, quae est GH. Item centro F & interuallo FG circulus KGMN circumscribatur, & vsq; in illius aduersum ambitum extendantur CF in N vsq; & CG in M. Etiam ex F in MG ipsa FL cadat perpendiculariter, ut quoq; ex B angulo arcus B & ad rectos angulos in AC transmittendus. Ita ad examen inuentionis anguli BAC parata sunt omnia.

Principiolatus FG indicatur per 4. lib: 6. Euclidis: Qualis enim est ratio DE, ad EB, talis DF ad FG, quae ideo similium partium 3673029. ostenditur. Deniq; GD per eandem annunciatur: sicut enim BE ad FG, ita BD tota s: s: ad GD, quae signif: 6068173. Ad sententiam tandem prop: 4. Coper: de planis, in Trigono DGC dantur latera DG per priora & DC ex hypothese, atq; angulus GDC ab arcu BC qui eum subtendit: inde latus tertium GC exurgit 5484735. Praeterea lineae particulares, ex hoc trigono amphigonio duobus reatangularib: per normalem GH factis, ut DH 5337020. & CH 4662980. atq; GH 2887722. similium cum reliquis partium exhibentur. Itaq; in trian-

D 2

gulo



## SECUNDA PARS DESCRIBI-

gulo  $FGC$ , cuius angulus  $GFC$  sectionis anguli sphaerici  $BAC$ , in preparatione schematis, efficitur, latera singula earundem partium nunc agnoscuntur, quare etiam anguli per 7. plan: Copernici  $FG$  equalis  $FN$ , adiecta ad  $CF$ , procreabit  $CN$  12429080. Et ex eadem  $CF$   $FK$  equalis quoque  $FG$  subtracta, ipsam  $KC$  consignabit 5083022. Haec in invicem ducta, vel lineae vel numeri, per penult: ij. Eucl: equabunt potentiam  $CG$  in  $CM$ , quare utrinque parallelogramma 63177287079760. constabunt, Ergo diuisio per  $GC$  instituta, ipsam  $CM$  11518749. manifestabit, à qua  $GC$  dempta relinquetur  $GM$  6034014, cuius semis  $GL$  3617007. aperietur, haec copulata cum  $GC$  ipsam  $CL$  significabit 8501742. Sic in triangulo orthogonio  $FLC$  duo latera similium partium cognita, per III. plan: Copernici, angulum  $LCF$  quoque notum facient. Et per eandem in trigono rectangulo  $FLG$  cognita duo latera, angulum  $LGF$  explicabunt, qui à duobus rectis subductus, ipsum  $FGC$  indicabit, qui cum  $GCF$  collectus & quoque à duobus Rectis ablati, ipsum  $GFC$  sectionis angulum s:  $BAC$  33. 58. |. 54. ||. cuius inuentionem initio adpetiuimus, nobis obijciet in residuo.

Nihilo minus reliqui anguli in  $\delta\epsilon\theta$  triangulo inquiruntur, per Gebri ostensiones, constitutis duobus partialibus rectangulis  $\epsilon\mu\delta$  &  $\epsilon\mu\theta$ . In  $\epsilon\mu\delta$  per 1. propos:  $\epsilon\mu$  12. 29. |. 20. ||. Atque per 3. illius  $\delta\mu$  35. 23. |. 7. ||. exhibentur, Haec ex  $\delta\theta$  sumpta, desinet  $\mu\theta$  25. 43. |. 53. ||. Et angulus  $\delta\epsilon\mu$  per 1. rursus reuelatur 73. 4. |. 24. ||. In  $\epsilon\mu\theta$  singula latera iam sunt aperta, quibus per 1. Gebri reliqui anguli desiniuntur, ut primum  $\epsilon\theta\mu$  s. in toto  $\epsilon\theta\delta$  27. 1. |. 40. ||. &  $\mu\epsilon\theta$  65. 49. |. 38. ||. partialis in toto, cui alter partialis  $\mu\epsilon\delta$  ante inuentus adhibitus, in collectione totum  $\delta\epsilon\theta$  138. 54. |. 2. ||. exhibebit. Sic in triangulo  $\delta\epsilon\theta$  datis lateribus omnes anguli sunt aperti quos aperiendos principio volumus.

$\delta\epsilon\theta$ .


DE III. TRIGONO IN QVO DATIS  
DUOBVS ANGLVLIS ET VNO LATERE RELI-  
quus angulus cum lateribus inuestigabuntur.

Diagramma

PTIONIS COMETAE.

69

Diagramma presentis  
Trigoni constat ex gene-  
rali ante exposito. Cuius  
ang.  $\kappa\delta\epsilon$  per precedentia  
notus, quia idem cum  $\theta\delta\epsilon$ .  
Et alter  $\delta\epsilon\kappa$  innotescit, si  
 $\zeta\epsilon\theta$  exprimo Trigono, eun-  
dem cum  $\theta\epsilon\kappa$ , ab integro  
 $\delta\epsilon\theta$  in precedentibus si-



gnificato auferimus, hic tanquam residuum  $132.51.6.$  extruitur.  
Atq; in eodē partialis  $\epsilon\mu\delta$  ante examinatus integer in toto contentus,  
ideo nullo examine opus habebit. In altero ergo  $\epsilon\mu\kappa$  operatio ineunda  
cuius  $\mu\epsilon\kappa$  angulus cognoscitur, si  $\delta\epsilon\mu$  ex  $\delta\epsilon\kappa$  subtrahimus, qui erit  $59.$   
 $46.42.$ . Hoc modo duo anguli cum uno latere dantur, Ergo & reli-  
qua. Per 2. propos: Gebri ang: rectus ad  $\mu$  sese ad obliquum  $\mu\epsilon\kappa$  habet,  
sicut compl:  $\epsilon\mu$  ad complem: anguli incogniti  $\epsilon\kappa\mu$ . Hinc ipse angulus  
 $\epsilon\kappa\mu$   $32.28.18.$  qui etiam est,  $\epsilon\kappa\delta$ , producitur. Per 1. eiusdem  $\epsilon\kappa$   
quoq; exponitur,  $23.45.10.$  distantia veri loci Cometa à  $7.*$  aste-  
rismi Andromeda, quæ à visibili, id est,  $\epsilon\kappa$  subducta, relinquit  $\kappa\kappa$   $4.$   
 $14.50.$  diuersitatem ad spectus primæ obseruationis, in quantum sci-  
licet verus locus Cometa à visibili in eodem verticali circulo eleuatus  
fuit. Per eandem 1. latus  $\mu\kappa$  exprimitur  $20.22.4.$  quod ad  $\delta\mu$   
collectum (per præcedens Trig. signif:) ipsum arcum  $\delta\kappa$   $55.45.11.$   
id est, distantiam veri loci Cometa à vertice in secunda obseruatione de-  
finit, qui numerus à  $\delta\theta$ , ex hypothesei primum dato, redemptus, in resi-  
duo  $5.21.49.$  parallaxin secunda obseruationis (quam hætenus que-  
suisse oportuerat) oculis nostris subiicit.

Ad examen Triangulorum planorum, id est, habitus Cometa ad  
Terram præcedentes trigonos exposuisse sufficit. Sex itaq; reliqui non ni-  
si ad definitionem habitus Cometa ad polos & circulos caelestes, sequenti-  
bus suis ostensionibus peraguntur.

D 3

$\kappa\kappa\theta$



SECUNDA PARS DESCRI-

$\kappa \kappa \theta$ .


DE III. TRIGONO, IN QVO COGNITIS DVOBVS LATERIBVS ET VNO ANGVLO  
reliquum latus & anguli patefiunt

Examen huius Trigoni conducit ad inuentio-  
nem distantiae, visibilium locorum Cometæ, inter  
duas obseruationes, secundum raptum primi mo-  
bilis, absolutæ.

Preparatio diagrammatis, suis com-  
plementis laterum, sicut hic conspicimus,  
absoluitur, Et quod ex toto  $\kappa \kappa \theta$  duo parti-  
culares orthogonij per arcum  $\kappa \pi$ , qui in la-  
tus  $\kappa \theta$  normaliter emittitur, construun-  
tur. Dantur in toto latera  $\kappa \theta$  secunde &  
 $\kappa \kappa$  primæ obseruationis ad spectus diuersita-  
tes, & angulus  $\theta \kappa \kappa$  ad verticem  $\epsilon \kappa \delta$ , cui  
propterea equalis.

In partiali triangulo  $\kappa \pi \kappa$  primum la-  
tus  $\pi \kappa$  2. 17. | 43. ||. per 1. prop. Gebri ex-  
ponitur, angulus enim ad  $\pi$  rectus, respectu  
ad  $\kappa \kappa$  suum subtendens latus obseruat,  
quemadmodum angulus ad  $\kappa$  obliquum ad  
 $\pi \kappa$ . postea per 3. prop.  $\kappa \pi$  offertur, qualis  
enim s: s. complementi  $\pi \kappa$  ad s: s. compl:

$\kappa \pi$ , unde ipse arcus  $\kappa \pi$ . 3. 34. | 29. ||. ostenditur, qui ex  $\kappa \theta$  sublatus  
notu in residuo facit  $\pi \theta$  1. 47. | 20. ||. Et per 1. angulus  $\kappa \kappa \pi$  57. 20. 24.  
patefcit, inuersa argumentatione laterum ad angulus formata. In altera  
partiali triangulo  $\kappa \pi \theta$  duo latera  $\pi \theta$  &  $\pi \kappa$  per precedentia sunt nota &  
angulus  $\theta \pi \kappa$  rectus ex positione. Tota s: s.  $\kappa \pi$  & c. ad compl:  $\kappa \pi$ . sicut compl:  
 $\kappa \theta$ , inde ipse  $\kappa \theta$  arcus 2. 54. | 35. ||. qui in hoc trigono toto  $\kappa \kappa \theta$  in primis  
specta-





20

PTIONIS COMETAE.


spectabatur, ipsa scilicet distantia duarum observationum, qua ad sequentium triangulorum examen potissimum requiritur. Angulus  $\kappa\theta\pi$  innotescit per 1. Gebri 51. 33. 49. & per eandem (habitu laterum ad angulos instituto) 37. 56. |. 54. ||. qui cum  $\kappa\kappa\pi$  priori inuento copulatus totum  $\kappa\kappa\theta$  95. 17. |. 18. ||. aperiet. Hoc modo datis lateribus binis & angulo, reliqua in  $\theta\kappa\kappa$  trigono sunt expressa, quod fecisse oportuit.

$\gamma\theta\kappa$ .

DE V. TRIGONO, IN QVO COGNITIS SINGVLIS LATERIBVS anguli explicantur.

Examen huius conducit ad inuentionem arcus Aequatoris, inter vtramq; obseruationem, per Merid. transeuntem, & per consequens spacium quoq; temporis interceptum.

Data latera sunt  $\theta\kappa$  per precedentia &  $\gamma\theta$  atq;  $\gamma\kappa$  complementa Declinationis ex 1. parte Descriptionis Cometae, inuicem equalia. Hinc per xiiij. propos: sphericorum Copernici anguli explicantur, & inprimis  $\kappa\gamma\theta$  cuius



angulus ex adparatu sectionis est  $\kappa\theta$  lateribus equalibus  $E\kappa$ ,  $E\theta$  comprehensus, & illius axis s. normalis in  $\kappa\theta$  cadens ipsa  $EF$  ostenditur. Eruntq; dicta latera s. s. datorum arcuum equalium, utrinq; 9484160. & earundem  $\theta\kappa$ . 507623. s. s. anguli ad centrum  $\kappa D\theta$  cuius dimidium 253812. earundem partium ad  $\kappa F$  referendum. Per tertiam ergo Planor. Copernici in triangulo  $\kappa FE$ , qualium  $E\kappa$  est 10000000, earundem  $\kappa E$  267617, qua ex canone s. s. 1. 32. |. 1. ||, obiciunt angulum

SECUNDA PARS DESCRIP-

lum scilicet  $\kappa E F$ , cui equalis ex hypotesi alter  $F E \theta$ , quare totus  $\kappa E \theta$  erit 3.  
 4 | . 2. ||. qui est inclinationis planicierum, duorum arcuum  $\gamma \kappa$  &  $\gamma \theta$ , qua ra-  
 tione etiam  $\kappa \gamma \theta$  talis erit, qui hoc loco imprimis spectabatur, videlicet arcus  
 Aequatoris duabus observationibus datus interceptus, qui est portionis tem-  
 poris 12. | . 15. ||. 28. |||. unius horæ, à priore ad posteriorem confecta, Et est  
 idem angulus suo fastigio in polo Mundi situs, cuius Maximus Aequator.

Residui duo anguli ex Gebro annunciantur. Vt per 1. illius propos:  $\tau \kappa$   
 innotescit, (ex  $\kappa$  enim in  $\gamma \theta$  ad rectos  $\kappa \tau$  ducta) inde rectus ad  $\tau$  in suum  
 subtendentem  $\gamma \kappa$  est, sicut ang: ad  $\gamma$  modo inuentus ad  $\tau \kappa$ , qui ideo est 2.  
 54. | . 32. ||. Et per 3. eiusdem, complem:  $\tau \kappa$  ad compl:  $\gamma \kappa$  sicut tota s: s:  
 $\gamma \tau$  & c. ad compl:  $\gamma \tau$ . Hinc ipse  $\gamma \tau$  arcus 71. 29. | . 31. ||. ostenditur,  
 subtrahendus à  $\gamma \theta$ , ut relinquatur  $\tau \theta$ , qui est, 0. 1. | . 29. ||. Atq; angulus  
 $\gamma \kappa \tau$  per 1. inquiritur, ut enim  $\gamma \kappa$  ad suum rectum ita  $\gamma \tau$  ad dictum ang: qui  
 inde est 89. 1. | . 36. ||. In altero  $\kappa \tau \theta$  duo incogniti  $\tau \kappa \theta$  &  $\tau \theta \kappa$  per 1. Gebri  
 ostenduntur, hic 88. 32. | . 3. ||. qui idem cum  $\gamma \theta \kappa$ , ille 0. 28. | . 13. ||.  
 colligendus ad  $\gamma \kappa \tau$ , unde totus  $\gamma \kappa \theta$  significatur 89. 30. | . 3. ||. paulo mi-  
 nor ob descensum, qui tamen sine sensibili errore idem statui potest propter  
 ante datam hypotesin. Ita in Trigono  $\gamma \theta \kappa$  datis lateribus anguli omnes  
 sunt expositi, qui inueniendi fuerant.

$\delta \gamma \theta$ .


DE VI. TRIGONO, IN QVO DATIS  
 SINGVLIS LATERIBVS AN-  
 guli significantur.

Prodest illius examinatio, ad inuentionem arcus  
 Aequatoris, quo distantia Cometæ à Meridiano  
 in temporibus significatur.

Preparatio

PTIONIS COMETAE.

Preparatio schematis ferme I. & II. imitatur, Trigonum, sicut est processus operationis et inuentionis anguli  $\delta \theta \gamma$  s. B A C. Exinde latera & anguli producuntur, quemadmodum in schemate & sequentibus annotatū conspicitur. Dantur enim tria



latera,  $\delta \theta$  ex obseruatione altera,  $\theta \gamma$  ex compl. Declinationis &  $\delta \gamma$  complem: Latitudinis loci. Inde à principio, per 4. lib: 6. Euclidis datis DC, CB & DF ipsa FG indicatur 5746911. Postea per eandem datis CB, BD & FG ipsa GD 6563359. consignatur. Et per 4. planor. Copern. datis DC & DG cum angulo CDG etiam CG similium partium 6445638. patefcit. Hinc in Triangulo CFG singulis lateribus cognitis etiam anguli & inprimis GFC per ultimam planor. Copern. exhibetur, qui examine admodum I. II. Trigoni habito 41.39.46. magnitudine sua demonstratur, & hic est idem cum BAC siue  $\delta \theta \gamma$  & quoq;  $\kappa \theta \gamma$ . Per Gebri demonstrata demum Trigonus partialis  $\delta \nu \theta$  examinatur, in quo duo anguli  $\delta \nu \theta$  rectus ex hypothese &  $\delta \theta$  dicta obseruatione, itemq; ang. ad  $\theta$  per presentem inuentionem, noti existunt. Hinc per I. propos:  $\delta \nu$  prodit 35.35.45. Per 3.  $\theta \nu$  53.33.25. qui ex  $\theta \gamma$  sublatus  $\gamma \nu$  17.57.35. relinquit. Et rursus per 1. angulus  $\nu \delta \theta$ , 66.44.29. indicitur. Alter  $\delta \nu \gamma$  notus singulis lateribus & recto ad  $\nu$ . Inde per 1. uterq; ang: reliquus  $\delta \gamma \nu$  qui &  $\delta \gamma \theta$  66.40.49. & illud est interuallum loci visibilis Cometae in Tempp: à meridiano. Atq;  $\gamma \delta \nu$  29.6.35. copulandus cum  $\nu \theta \delta$  ut inde prodeat totus  $\gamma \delta \theta$ , qui ideo est 95.51.4. Et hoc modo in Trigono  $\delta \gamma \theta$  datis lateribus anguli omnes sunt aperti, quod hoc loco aperuisse oportuit.

E DE


SECUNDA PARS DESCRIBI-

$\gamma \kappa \theta$ .

DE VII. TRIGONO, IN QVO DATIS  
DVOBVS LATERIBVS ET VNO ANGVLO  
reliqua in ipso agnoscuntur.

Confert huius examen ad inuentionem arcus  
Æquatoris, inter verum & visibilem locum, verique  
loci distantia à polo Mundi, & differentia à visibili.

Schema huius constat  
ex circularum portionibus  
à polo Mundi in verum  
locum Comete atq; visibi-  
lem locum secunde obser-  
uationis ductis, usq; in  
Aequatoris peripheriam  
vsq; extensis, Postea ex  $\kappa$   
emissa normali per  $\gamma \theta$ ,  
que ipsam in  $\phi$  secat &c. ut fiant duo triangula particularia.



In toto Trigono  $\gamma \kappa \theta$  dantur duo latera,  $\gamma \theta$  compl: visibilis Declina-  
tionis ex 1. parte Descr. &  $\theta \kappa$  parallaxis 2. obseruat: ex 3. Trigono, atq;  
angulus  $\kappa \theta \gamma$  per preced. qui idem cū  $\delta \theta \gamma$  erat. In primo particulari dan-  
tur  $\kappa \phi \theta$  rectus,  $\kappa \theta \phi$  que modo  $\kappa \theta \gamma$  diximus, duo anguli &  $\theta \kappa$  latus quoq;  
Hinc per 1. propos: Gebri  $\kappa \phi$  3. 33. |. 45. ||. exponitur, Et per 3.  $\phi \theta$  4.  
0. 44, auferend a ex  $\theta \gamma$  relinquetur  $\gamma \phi$  67. 30 |. 16. ||. Atq; rursus per  
1. angulus  $\phi \kappa \theta$  48. 27. |. 52. ||. exurgit. In altero  $\kappa \phi \gamma$  dantur duo latera  
 $\kappa \phi$  &  $\gamma \phi$  per prædicta, cum ang:  $\kappa \phi \gamma$  recto, Hinc per 3. propos:  $\gamma \kappa$  67.  
33. |. 21. ||. significatur, que est distantia veri loci Comete à polo Mundi,  
& per 1.  $\gamma \kappa \phi$  88. 26. |. 22. ||. adijciendus  $\phi \kappa \theta$ , quibus totus  $\gamma \kappa \theta$  136.  
54. |. 14. ||. renunciatur, atq; per eandem  $\kappa \gamma \phi$  3. 51. |. 17. ||. angulus,  
qui decernit Aequatoris segmentum inter verum atq; visibilem Comete  
locum 2, obseruationis collocatum. Qui angulus in toto Trigono  $\kappa \gamma \theta$  nun-  
cupatus

PTIONIS COMETAE.


cupatus, ex ipso si subducimus  $\gamma\theta$  quinti Trigoni, relinquetur  $\kappa\gamma\kappa$  angulus, qui est arcus Aequatoris circuli inter verum locum & primam visibilem observationem positus. 1. 47. |. 15. ||. Hoc modo in proposito Trigono  $\gamma\kappa\theta$  datis duobus lateribus & vno angulo, reliquum latus & anguli reuelati, sicut hoc fecisse oportuit.

$\downarrow \gamma \theta$ .

DE VIII. TRIGONO, IN QVO DATIS LATERIBVS, ANGVLI annunciantur.

Prodest ad inuentionem distantiae à Coluro solstitiorum secundum Temp: & à principio  $\infty$  in gradibus Zodiaci.

Extructio figurae huius equiparatur fermè superiori in primo Trigono, facta modo inuersione laterum & circumscriptionis circuli ex centro G, qui hic ex C generatur, reliqua reliquis prorsus similia.



Dantur singula latera,  $\gamma\theta$  complem: Latitudinis visibilis &  $\gamma\downarrow$  distantiae Polorum. Per xij. sphericor. Copern: ad methodum superius annotati examinis, angulus sectionis GFC qui idem est cum BAC seu  $\gamma\theta\downarrow$ , quia in planiciebus suorum arcuum consistit, 10. 6. |. 51. || ostenditur. Demum formatis duobus partialibus Trigonis, per  $\downarrow\omega$  arcum ex  $\downarrow$  in  $\gamma\theta$  normaliter ductum, in priori  $\theta\omega\downarrow$  duo anguli exhibentur, Rectus ad  $\omega$  per hypothesin & obliquus ad  $\theta$  per praedicta, atq; latus  $\downarrow\theta$  per 1. partem Descript: Hinc primum  $\omega\downarrow$  8. 49. |. 30. ||. per 1. Gebri &  $\omega\theta$  60. 30. |. 7. ||. per 3. ipsius eliciuntur,

E 2

Hic

## SECUNDA PARS DESCRIBI-


Hic ex  $\theta\gamma$  ablati in residuo  $\omega\gamma$  11. 0. 53. |. designat. Atq; angulus  $\omega\psi$  per 1. 85. 2. |. 59. ||. aperitur, qui tanquam particularis ad  $\gamma\psi$  postea colligendus. In altero particulari dantur singula latera & angulus rectus, ex quibus per 1. Gebri reliqui anguli patefiunt, ut  $\psi\gamma\omega$  22. 39. |. 36. ||. seu  $\psi\gamma\theta$  distantia in temporibus à Coluro solstitorum, &  $\gamma\psi\omega$  28. 40. |. 19. ||. adijciendus  $\omega\psi\theta$ , unde 113. 43. |. 18. ||. distantia à  $\Sigma$  perhibetur, propter angulorum angustiam aliquantum excedens. Hac forma in Trigono  $\psi\gamma\theta$  à datis lateribus anguli sunt expositi, quod efficiendum fuerat.

$\psi\kappa\theta$ .

### DE VIII. TRIGONO, IN QVO DATIS BINIS LATERIBVS ET VNO ANGVLO, reliquum latus & anguli capiuntur.

Eius examinatio respicit inuentionem arcus Zodiaci, inter verum & apparentum Cometa locum, itemq; definitionem veri loci in Ecliptica, secundum long: & latit.

Preparatio schematis constat ex ductu arcuum per polum Zodiaci atq; loca Cometa visibilem & verum, adhibitis complementis laterum & circulo partiales triangulos conscribente &c. quemadmodum pateet hac figura. Latera s.



arcus duo  $\psi\theta$  &  $\theta\kappa$  exhibentur longitudine, ille ex prima descript: parte, hic ex II. Trigono, atq; angulus  $\psi\theta\kappa$  ex compositione duorum,  $\kappa\theta\gamma$  in VI. & VII. Trigono, itemq;  $\gamma\theta\psi$  preced. Trigoni unde 51. 46. |. 37. ||. procreata

SECUNDA PARS DESCRIBI-

procreata magnitudo proponitur, Hinc quæ restant cognoscenda exponuntur.

Per I. Gebri κν inquiritur 4. 12. |. 20. ||. & per III. νθ. 3. 19. |. 30. ||. ex √θ demenda, ostendunt magnitudinem in residuo 57. 33. |. 30. ||. ipsius νψ. atq; rursus per I. angulus partialis νκθ 38. 21. |. 7. ||. exhibetur. Ita in altero triangulo κνψ offeruntur duo latera, νκ & νψ, unusq; angulus ad ν reclus, inde per III. Gebri κψ 57. 39. |. 24. ||. distantia veri loci Comete à polo Zodiaci, cuius compl: 32. 20. |. 36. ||. vera erit Latitudo. Per I. angulus κψν s: κψθ agnoscitur 4. 59. |. 11. ||. arcus nimirum Zodiaci inter verum & visibilem locum Comete, qui adiectus longit. visibili primæ partis 10. 44. |. 33. ||. X nobis annunciat in collecto 15. 43. |. 44. ||. verum locum Comete. Ang. √κν 87. 18. 49. ||.

Tantum de Triangulis sphericis circa hoc Meteoron examinasse sufficiat.

Sequitur alterum examen.

TRIANGVLORVM PLANORVM II.


Fundamento in Parrallaxin κθ 5. 21 |. 49. ||. posito, habitus Comete ad Terram & regionem Sublunarem sequenti forma ex Trigonis planis, itemq; corporum & linearum proportionone enunciat.

THEMA IIII. TRIANGVLORVM ET HABITVS REGIONIS SVBLVNARIS.

TRIGONI PLANI.

- I. H O E.
- II. G O E.
- III. H G N.
- IIII. H r x.

- HE semidiam Terre.
- HR altit. aëris reg: III.
- RS latit. aëris reg: II.
- ST latit. aëris reg: I.



## SECUNDA PARS DESCR-

VEM *diameter Terra.*

XER *diam. im&reg. aëris:*

YES *diam. med. reg. aëris.*

PE $\pi$  *diam. circuli reuolutionis  
Cometa.*

ZET *diam. supr. reg. aëris.*

G *centr. cap. Cometa monstrans.*

XI *diam. cap. Cometa.*

IN *long. caudae Cometa.*


H *locus observationis.*

H O E.

### I. TRIGONVS IN MOLE TERRENA POSITVS, IN QVO DATIS DVOBVS ANGVLIS & vno latere, reliqua aperiuntur.

Huius examinatio ob inuentionem quantitatis  
lateris OE, cuius in altero Trigono GOE opus ha-  
mus, instituitur.

*Adparatus diagram-  
matis, ab obseruatione cœ-  
lesti dependet. Quoniam  
ex H puncto in superficie  
Terra per locū Cometae G in  
C vsq; primi mobilis edu-  
cta linea, in arcu AC di-  
stantiā visibilem à Zenith  
ostendit, & proportio ma-*



*gnitudinis terra ad superioris cœli sphaeras nulla deprehenditur, erit arcus  
AK à linea EK ex centro Terra equabiliter ducta, desumptus prorsus ipse  
similis, & distantia CK insensibilis. Erit itaq; obseruatio distantie Cometae  
à vertice in H eadem ac si ex E fuisset deprehensa, & hoc quo ad visibilem  
notationem. Qua ratione per conuersionem propos: xxvij. lib. 5. Eucl.  
æquales anguli  $\alpha\pi\epsilon\upsilon\alpha\upsilon\tau\iota\omicron\upsilon\eta$ , id est, AHC ipsi AEK æqualis & idem. Edu-  
cta ergo CH in alteram partem, in eamq; ex E per xij. lib. 5. Element:  
perpendicularis cadat, que sit EO, tangens rectam CH extensam in O  
puncto*



PTIONIS COMETAE.

puncto. Hinc triangulū HOE ὀρθογώνιον exurgit, in quo rectus HOE per adparatum datur, & angulus OHE κατὰ κορυφὴν ipsi AHC per xv. lib. J. Elem: equalis. Et cum per xxxij. lib. J. Elem: interiores tres anguli in quolibet Trigono rectilineo duobus rectis sint aequales, sequitur si duos collectos EOH & OHE à duobus rectis auferimus, vel quod idem est OHE ex uno recto, in residuo tertium OBH exhiberi. Quia autem OHE, 61. part. & 7. min. qualis erat distantia Cometae in altera obseruatione, notatur, erit per consequens OEH 28. 53. Qualium ergo partium HE subtendens rectum HOC id est, 10000000, earundem per Canonem semiss. subtensarum OE 8756051 & HO 4830278 producuntur.

HE autem semidiameter Terra, in dimensionibus Geometricis quibuscumq; agnoscitur, ut in passibus Geometricis 3436363  $\frac{7}{11}$ . & milliariibus Germanicis communibus 859  $\frac{1}{11}$ . In similibus ergo partibus & dimensionibus per regulam proportionum reliqua latera quoq; significabuntur, ut HO 414  $\frac{1061271}{11000000}$ . mill. & OE 752  $\frac{493639}{22000000}$ . mill. Quantitas autem OE est ipsa quam imprimis spectauimus, longitudo nimirum lineae ex centro Terra in rectam CH emissa, qualem inuenisse oportuit. Haec linea cum reliquis, suis mensuris & quantitatibus, varietate notationis adhibita, sequenti forma, oculis cernenda traditur.

Anguli	Arcus. .I.	Latera	Semisses subtensæ
O H E	61 7	O E	8756051
O E H	28 53	O H	4830278
H O E	90 0	H E	10000000

Milliar.	.I.	.II.	.III.	.IIII.	v.	.VI.	Passus Geometri.
752	13	26	8	11	33	46 $\frac{4}{11}$	3008897 $\frac{5}{11}$
414	57	53	15	1	8	43 $\frac{7}{11}$	1659859 $\frac{1}{11}$
859	5	27	16	21	43	38 $\frac{2}{11}$	3436363 $\frac{7}{11}$

G O E.

II. TRIGONVS, CUIVS FASTIGIUM IN COMETAE CAPVT VSQVE EXTENDITVR,

basis autem cum latere prioris Δ in Terram & ὑποτένου ex centro Terræ in Cometam dirigitur.


Huius



SECUNDA PARS DESCRI-

Huius expositio ad distantiam Cometæ à cen-  
tro Terræ & quoq; loco obseruationis nostræ defi-  
niendam conducit.

Preparatur schema hu-  
ius Trigoni ex loco Cometa  
G lineis ductis per H lo-  
cum obseruationis in O vs-  
que & in E centrum Ter-  
ræ, colligatis punctis O &  
E ut circa O rectus con-  
stituatur angulus, quo mo-  
do HOE idem erit cum



GOE tanquam partialis in toto, sic quoq; OE latus commune huius &  
precedentis Trigoni. Datis hac ratione angulo & latere etiam alius angu-  
lus OGE κατὰ κορυφῆν ipsi BGC notus accidit, qui est παραλλάξεως se-  
cunda obseruationis in III. Trigono spherico ante inuenta, 5. part. 21. |  
49. ||. Eum si à recto subducimus, alter obliquus OEG prodibit 84. p.  
38. | 11. ||. Quarum ergo partium EG. 10000000. subtendens rectum  
EOG, talium OG 9956214. et OE 934738. exponuntur. Hinc per regu-  
lam proportionum, etiam in partibus, quibus OE antea 3008897. & alijs,  
reliqua latera exhibentur, ut OG 32048796. pass. Geometricorum, id  
est,  $8012 \frac{204666961373}{10282118000000}$ . mill. Ab hac longitudine portio HO  
in priori Trigono cognita ablata, nobis significabit quantitatem HG  
30388937. pass. id est, 7597. mill.  $\frac{237}{4000}$ . unius pp. in quantum scilicet  
Cometa à loco obseruationis nostræ, id est, huius regionis distabat. Item  
EG. 32189764. pass. vel  $8047 \frac{4534404}{10282118}$ . mill. distantia nimirum  
Cometæ à centro Terræ. A qua EL quæ per circuli definitionem equalis  
est HE precedentis Trigoni, semidiameter scilicet sublata, in residuo longi-  
tudinem LG adsignat 28753400. pass. vel  $7188 \frac{7}{10}$ . mill. quæ est di-  
stantia Cometæ verticalis, ijs scilicet regionibus tum temporis in latit. 22.  
26. | 29. ||. degentibus. Huius Trigoni varietas dimensionum sequitur.

Anguli

PTIONIS COMETAE.

75

Anguli	Arcus	./.	./.	Latera	Semilles subtensæ
O G E	5	21	49	O E	934738
O E G	84	38	11	O G	9956214
G O E	90	0	0	G E	100000000
				L G	
				H G	

Milliar	./.	./.	./.	./.	v.	v.
752	13	26	8	11	33	45 $\frac{4}{11}$
8012	11	56	35	5	34	17.
8047	26	27	34	2	1	34. Distantia Cometæ in sublunari regione à centro TERRAE.
7188	21	0	17	40	17	25. Sub parallelo latit. 22. 29. / 39. // distantia verticalis à TERRA.
7597	14	3	20	4	25	34. Sub latit: nostra 50. 40. // distantia Cometæ à TERRA.

Distantiæ prædictæ s. linearum in duobus Trigonis quantitates, similibus partibus & mensuris Geometricis paribus, expressæ.

Lineæ	Subtensæ similibum pp.	Passus Geometrici
E O	8756051	3008897 $\frac{5}{11}$
H O	4830278	1659859 $\frac{1}{11}$
H E	100000000	3436363 $\frac{7}{11}$
G O	93263692	32048796
G E	93673853	32189764
G H	88433414	30388937
G L	83673853	28753400

Mill. Germ.	Passus resid.	
752	897	
414	3859	
859	363	Semidiameter TERRAE
8012	796	
8047	1754	Ex centro Terræ sursum ad Cometam.
7597	937	Ex nostra regione ad Cometam.
7188	1400	Ex loco verticali latit. 22. 29. / 39. //

F

Dimens



SECUNDA PARS DESCRI-

Dimensiones altitudinariae regionum Aeris ad sententiam probatis, authorum directae, & situs COMETAE in ipsis.

			Passus Geometrici	
A terrae superficie sursum ad	Nubes Impress: Lunam	HR	288000	☿
		HS	772000	
		HT	179664000	
A Cometa	desuper ad nubes sursum ad Lunam	SG	27981400 $\frac{2}{11}$	
		TG	155119326 $\frac{3}{11}$	

	Milliar.	Passus		
	72	0	I.	Regionum trium Aeris eleuat: à TERRA
	193	0	II.	
☿	44916	363	III.	
	6995	1400	supra conuexum nubium	Cometa.
	38779	3326	infra concuum sphaerae	

Harum linearum & distantiarum dimensiones, ex mutuis subtractionibus cognitarum quantitatuum, quae hoc examine & in libellis Sphaericis inuicem collatis proponuntur, constant. Quae ulterius ad semidiametrum Terrae collectae & duplicatae, diametros suarum circumferentiarum exprimunt. Et ipsae per proportionem triplam sesquiseptimam ab Archimede Syracusano, quam dimetiens ad suum circulum possidet, inuentam examinatae, seq. offerunt.

Regionum trium AERIS & reuolutionis COMETAE

DIAMETRI			
	Passus Geometrici.	Milliar.	Passus
V M	6872727 $\frac{3}{11}$	1718	727
X R	7448727 $\frac{3}{11}$	1862	727
Y S	8416727 $\frac{3}{11}$	2104	727
P Π	64379528	16094	3528
Z T	366201454 $\frac{6}{11}$	91550	1454

CIRCVM-

P<sup>RT</sup>IONIS COMETAE.

CIRCUMFERENTIAE


Passus Geometrici	Milliar.	Passus	
21600000	5400	0	TERRAE.
23409711 $\frac{53}{77}$	5852	1711	L. infra nubes.
26552571 $\frac{23}{77}$	6613	571	II. nubium.
202335659 $\frac{13}{77}$	50583	3659	Circuli reuol: Comet.
1150918857 $\frac{11}{77}$	287729	2857	III. impressio num.

H G N.

III. TRIGONVS, CVIVS FASTIGI-  
VM IN LOCO OBSERVATIONIS SEV REGIONE NO-  
stra, basis totius Cometae longitudinis tractus, lateribus æquicruribus.

Ad expositionem longitudinis integræ molis  
Cometae, qualis in medio adparitionis tempore  
circa Brumam videbatur, prodest.

*Linea HG ut in prio-  
ribus educenda, postea ex  
H centro per G in N usq;  
arcus describatur, in quo  
longitudo Cometae circa  
Brumam 20. pp. 50. ob-  
servata per Radium note-  
tur, ut eo modo angulus  
GHN tantæ amplitudinis*



*occurrat, quare ex H in N linea emissa æqualis per definitionem circuli  
erit, & GN basis ipsius Trigoni. Caudam Cometae ad ambitum motus  
circa Terram diurna reuolutione direximus. Quamuis Regiomontanus  
sit in ea sententia, caudam ex G capite sursum versus B in tractu lineæ  
ex centro Terræ per caput ipsius emissa, proiectam, dimetiendam esse: Quæ  
valere possunt in eo casu, quando angulus παραλλαξως, id est, BGC siue  
κατὰ κορυφῶν HGE maior est angulo GHN ex caudæ longitudine ex-  
tenso*



55  
 SECUNDA PARS DESCRIP-

tenso, tū enim HN extensa in EGB ascendendo cadere & contactu extremitatem caudæ à G capite distantē, representare potest. Quapropter nos de presenti Cometa alia via caudæ quantitatem inuestigare oportet, siue autem nunc eadem supra basin Trigoni GN vel infra ex porrecta cadat, ipsam GN sua longitudine, & nullam aliam lineam visibilem, ipsius magnitudinem referre posse manifestum erit. Et philosophorum sententia utraq; forma saluabitur, Cometam scilicet nemini se totum videndum exhibere posse, ut verbis Senecæ utar: Si enim latus, longitudinis ipsius, nobis obiectum intuemur, emissam vibrationem in superiores sublunaris regionis partes, ab N versus B & C vergentem nequaquam cognoscere licebit. Sicut & ipsam veram caudæ extremitatem, quo in loco deficiat, à quolibet iuxta aciem visus, quatenus acrior aut hebetior existit, diuersimodè annotari necesse est. Accedit præterea harum septentrionalium terrarum aëris turbulentia & spissitudo, quæ in australioribus non eiusmodi deprehenditur. Vt hoc modo sit concludendum, Cometam semper maiorem, quam ut obseruatione oculari aut calculo edocemur, extare.

Definita itaq; longitudine basis GN in hoc tertio planorum Trigono, definitam quoq; esse visibilem huius Meteoris tractum, in quantum nobis illud in conspectum occurrit, non est quod aliquis ambigat. Ergo proposito isto Triangulo, quod Græcis ἰσοσκελες dicitur, constante duobus cognitis lateribus, uno HG per præcedens Δ & altero HN per κατὰ κενὸν illi æquale constituto, atq; angulo GHN longitudinis caudæ circa Brummam è sublimi deprehensæ, constabunt tam anguli quam latera reliqua, & inter ea GN quantitas visibilis longitudinis Cometæ.

Siue nunc procedimus in examine huius Trigoni per II. planorum, vel ex eo confectis, ducto axe, duobus orthogonijs, eadem exurgunt. Quia autem per 30. lib. I. elem: in omni Triangulo tres anguli æquales duobus rectis, subtracto angulo GHN 20. 50. |. à 180. remanebunt 159. 10. |. quantitas scilicet collecta reliquorum ang. inuicem equalium, ergo quilibet erit 79. 35. |. Qualium ergo HG vel HN 10000000, talium axis Trigoni 9835189, & tota basis 3616106. Sed in præcedenti Trigono GH in passibus Geometricis & Milliaricis Germanicis dabatur, Ergo per regulam proportionum quoq; basis GN similibus dimensionibus dabitur,

PTIONIS COMETAE.

bitur, & si volumus etiam axis Trigoni. Hinc GN visa longitudo capi-  
tis & caudæ Cometae secundum passuum numerationem 10988960 &  
milliarium 2747<sup>6</sup>/<sub>25</sub> exurgens, calculo ostenditur, & axis 29888093  
pass. Hoc modo datis duobus lateribus & vno angulo in hoc III. Trigo-  
no, reliquos angulos & latus, atq; in primis expetitam basin quantitatis  
Cometae exposuisse sufficiat: quæ contuenda nunc suis numeris subycimus.

Latera	Arcus	Subtensæ
HG & HN	90 0	10000000
NG long: Com.	20 50	3616106
Axis trigoni	79 35	9835189

Passus Geometrici	Milliar.	Passus	
30388937	7597	937	ex oculo nostro ad Cometam.
10988960	2747	960	totius Cometae tractus longit.
29888093	7472	93	ex oculo nostro ad latū Com:

Hanc Cometae longitudinis quantitatem, qualis circa Brumam adpa-  
ruit, mediam statuimus.

H R X.

IIII. TRIGONVS, CVIVS FASTIGI-  
VM IN EODEM CVM PRIORI LOCO, BASIS  
diametro capitis globosi Cometae.


Beneficio examinis huius Trigoni tandem per-  
uenimus ad reliqua obseruationis Cometae acci-  
dentia, vt primum expositionem dimetientis & ro-  
tunditatis, globosi sui capitis: Postea caudæ solius  
longit. Deniq; proportionem magnitudinis ad  
Terram & Lunam &c.

F 3

Diagram-

## SECUNDA PARS DESCRIB-

Diagramma ad hoc negotium requisitum facillime est consignationis, ad utrumq; enim latus gibbosum capitis Cometæ ex H ducenda linea ut constituentur duo triangula orthogonia, circa puncta



$r$  &  $x$  rectis angulis formatis in quibus singulis inuicem equalibus latus unum videlicet  $hr$  &  $hx$  superiori lineæ Trigonorum  $hg$  equalis & duo anguli exhibentur, rectus, de quo modo diximus, & particularis duplex ad  $H$  semidiametro capitis Cometæ extensus, qui est 28. |. Totus enim dimetiens fermè similis Lunæ apogæ ad 54. min. unius partis CCCLX, obseruatione habita constabat. Quare reliquus angulus ut complementum ad unum rectum cognoscetur, qui ideo erit in utroq; partiali Trigono 89.32. |. & quoq; latera, ut quarum est ex  $H$  in centrum Cometæ 10000000, earundem semidiameter 81438, &c. Sed  $hg$  in passibus Geomet: & quoq; milliaribus Germanicis ex superioribus patuit, ergo per proportionum regulam quoq; semidiameter similibus patefiet, quæ ideo 247512 erit, unde duplum totum dimetientem 495024 passuum esse notorium erit, quem primum hoc loco inuenisse oportuit.

Dato dimetiente per proportionem triplam sesquiseptimam Archimedis, ambitus capitis Cometæ patefuit, qui passibus 155578 $\frac{5}{7}$ , inde conficitur. Huius corpulentiam ad Terræ molem atq; Lunæ globum collatam, postmodum exposituri sumus.


Dimetiens capitis Cometæ sublatus à longitudine per præcedentem Trigonomum significata, solius caudæ elongationem extra caput passuum Geom: 10493936 constituit, qui milliaria Germanica 2623 & pass. superfluos 1936 exponunt.

Explicatis prioribus, in examine Diametris & circumferentia reuolutionis Cometæ, medius illius motus diurni temporis spacio ad 53 $\frac{71}{128}$  min. constans, 501668 passus s. 125. mill. & 1668 passus supra reuolutionis quotidiane peripheriam, ab occasu ad ortum extensos, nobis annunciat. Quæ unâ cum præcedentibus seq. tabella ostenduntur.



PTIONIS COMETAE.

Integræ molis huius meteoricæ, in sub-  
lunari regione extantis, impressionis  
proportio, cum Terræ & ☾ cor-  
pulentij, conferenda.




10493936. pass. longit. T V.

X T R Caput globosum }  
T V Cauda emissa }  
S & c. Z Adscensio radiorum } COMETAE.  
X Y R S Proportio caudæ ad }  
X T R magnit. capit. }

	Passus Geomet.	Milliar.	Passus	Arcus ./.	Dimensionum appellationes
X T R	495024	123	3024	0 54	Diameter capitis Cometae.
X G R	1555789	388	3789	2 28 $\frac{4}{7}$	Ambitus corpulentia Cometae.
T N	10493936	2623	1936	19 56	Caudæ tractus extra caput emissus, T V,
med.	501668	125	1668	0 53 $\frac{7}{12}$ $\frac{1}{8}$	Dimensio mediæ motus diurni in suo circulo.
max.	1003336	250	3336	1 47 $\frac{7}{4}$	Dimensio maximi motus diurni in suo circulo.
reuel.	202837327	50709	1327	360 53 $\frac{7}{12}$ $\frac{1}{8}$	Proprius motus diurnus ad violent. coniunct.

SECUNDA PARS DESCRI-



DIAMETRI.

Axes	Pafs. Geomet.	Milliar. Paffus		
AGB	6872727	1718 727	TERRAE	} tripla superp. $\frac{808557}{2021390}$ } } quadrup. supp. $\frac{41294}{495024}$ } } tredecup. supp. $\frac{437415}{495025}$ }
CHD	2021390	505 1390	LVNAE	
EKF	495024	123 3024	Cometæ	

P T I O N I S C O M E T A E .

Ambitus	CIRCVMFERENTIAE.			
ALBO	21600000	5400	TERRAE	} tripla superp. $\frac{2541180}{6352940}$ } } quadrup. supp. $\frac{129784}{1555789}$ } } tredecup. sup. $\frac{1374743}{1555789}$ }
CMDP	6352940	1588 940	LVNAE	
ENFQ	1555789	388. 3789	Cometæ	

Sphaeræ	Quadrata diametrorum.	Cubi diametrorum.	
GLBOA	47234376416529.	324628974126042104583	Terræ.
HMDPC	4086017532106.	8259434979211619000	Lunæ.
KNFQE	467809560576.	442091252174773824	Cometæ.

TERRA

LVNA

cap. Comet.

$\frac{392511009936788963583}{8259434979211619000}$	$\frac{18301792440065690168}{442091252174773824}$
Trigecupla nouecupla superpartiens	Octodecupla superpartiens, &c.
$\frac{734133995029758117767}{442091252174773824}$	


Septingenties tricies quater &  $\frac{1}{4}$  fermè.



# TERTIAE PARTIS THEMATA COELESTIA: LVNARIA.

Coniunctionale.

Ad [ longit. 33. ] partium.  
[ latitud. 51. ]




Opposi



TERTIAE PARTIS THEMATA COELESTIA:

Oppositionale.




G 2

BRVMA

TERTIAE PARTIS THEMATA COELESTIA:

BRVMALIA.


Ingressus in Capricornum.



Crepusculi

TERTIAE PARTIS THEMATA COELESTIA:

Crepusculi sequentis.




G 3

Descris

TERTIA PARS DESCRI-  
 DESCRIPTIONIS COMETAE  
 PARS TERTIA:

QVA SIGNIFICATIONIS ET  
 EFFECTVS ILLIVS QUALITAS,  
 PRAEMISSIS SVPERIORIBVS, IISQVAE CVM  
 sentibus cœli figuris vnâ ad considerationem adhibitis,  
 examinatur & exponitur.





27

PTIONIS COMETAE.

DE HVIVS PRODIGIOSI SVB  
LVNARIS REGIONIS OSTENTI  
SIGNIFICATIONE ET EFFECTV:

*ASTRONOMICA ET PHYSICA DE-  
CLARATIO: AD SENTENTIAM LIB: II. CAP:  
VIII. quadripartiti Ptolemæi & illius doctiss. Commentarios  
ab Hier. Card. Mediol. editos, directa & exposita.*

P R A E F A T I O

IN ARTIS DEFENSIONEM CON-  
tra Zoilos, cui dispositio ordinis doctrinæ huius III.  
partis de Cometa subijcitur.

**D**VO ad Astronomicas prædictiones significandas præcedere oportere, Ptolemæo teste in exordio suæ Quadripartitæ constructionis, sine vlla contradictione adfirmare & adsentiri nos oportet. Primum quod loco & potestate superioris, est configurationum corporum cœlestium, inter se & ad Terram, diligens examinatio. Alterum, propter quod primum tanto studio acquiritur, est dictarum configurationum, naturalis proprietatis, vnde prædictiones Astronomicæ, aut, vt in titulo huius posuimus, Significationes & effectus, constant & demonstrantur, summa attentione comparata consideratio. Hæc in animo volentes, cum hoc loco aliquid, quantum ingenij vires in hac naturæ imbecillitate suppeditauerint & valuerint, de COMETAE, superioribus mensibus xbrī toto, atq; huic proximis tempore partibus, ex VIIIIBRI & Ianuario mensibus, in sublunari regione flagrantis, SIGNIFICATIONE & EFFECTV, nobis dicendi & proferendi copia sit oblata: etiam rebus quas diximus, antea satis instructos & præmunitos esse volumus. Quare ad  
subeunz

### TERTIA PARS DESCRIP-

subeundam istam prouinciam, prius superiores duas **DESCRIP-**  
**PTIONIS COMETAE** partes, in quibus configurationum coe-  
lestium & terrestrium situm atq; habitum, quantum potuimus, ad-  
secuti sumus, praemittendas merito & necessario quoq; iudicau-  
mus. Absq; enim earundem notitia & accurata inspectione, quo-  
modo ad Significationis definitionem solidiorem alia via acce-  
dendum sit, prorsus ignoramus. Sunt igitur haec duae partes do-  
ctrinae Astronomicae, motuum coelestium consideratio, & ex illa-  
lis definiendus influxus, tam arctis vinculis copulatae & diuelli  
omnino nequeant: eo modo, ut qui illam ignorat aut negligit, eum  
hanc quoq; ignorasse & neglexisse oporteat. Et quod haec difficil-  
ior sit illa, habemus Ptolemæum cum ipsa experientia respon-  
dente, notissimum testem. Quam ob causam Ptolemæi aetate  
multi ob difficultatem cognitionis Astronomicarum praedictio-  
num, artem, & per consequens, ipsos influxus siue coeli virtutes,  
esse negabant: Si qui alij autem veram ipsam esse negare nequi-  
bant, ideo quod mala praeuisa non auertenda, bona verò ignoran-  
tibus oblata maioris voluptatis esse arbitrarentur, inutilem garris-  
endo putarunt. Quibus satis responsum à Ptolemæo eo loci, quae  
& huius aetatis censoribus aduersis responsa esse iudicamus.

Aliquoties autem & nunc quidem his diuersi aduersarij, ne-  
dicam prodigiosi calumniatores, prodeuntes, ac per varias regio-  
nes quidam eorum cursitantes semidei, execrationibus & diris, au-  
dent, praeter aliarum artium optimarum iacturam quam moliuntur,  
etiam specioso quodam praetextu & insana arrogantia **ASTRO-**  
**NOMIAE** studium, & imprimis Praedictionum partem, aggredi, eamq;  
dijs infernalibus deuouere: quam fundamentis orbatam, proscri-  
ptam, impiam & professores illius demoniacos & fanaticos praes-  
tigiatores esse, e suo inflato cerebro, aestimant & in publicum  
dentatis suis verbis & scriptis clamoris coram plebeijs, & si qui  
sunt ex ipsorum armento seminarijs turbarum, effutiendo pro-  
mulgant,

Huic

82

PTIONIS COMETAE.

Huic negotio fucum illinentes, scripta sacra allegant, quibus Herculis cothurnos infantibus aptant, nihil discriminis facientes inter Iudaicos & ethnicos idolorum, oraculorum, sortium aut aliarum id generis praestigiarum cultores atque interpretes: & illos qui naturalibus Astrorum & motuum caelestium fundamentis & rationibus innixi, SIGNA & VIRTUTES caelorum (Gen. I. Lucae XX. I.) respiciunt & animo Christiano observant, in mortaliumque usum & salutem, quomodo in caelo generentur aut adpareant, beneficio artis Astronomicae (quam primis temporibus ab Abraham Chaldaei, à Chaldaeis Aegyptii, ab his Graeci & Arabes, ab vtrisque nos, divina sic ordinante clementia, qua eiusmodi studium à condito Mundo usque, hinc inde apud varias gentes, semper domicilium suum obtinuit, accepimus) exponunt & in lucem edunt.

Addunt Oedipi imprecationes (quales olim in ipsam aethiorem reciderunt, ictuque fulminis condemnatae fuerunt) mendacissimas, quibus tam strenue & perfidiose sunt intenti (iustis enim rationibus & ostensionibus destituuntur) ut nihil aliud spectent quam eversionem & interitum huius artis, utque illius professores inuisi ignorantibus redderentur: sunt enim ad hoc nati & educati, ut ad ostentationem & concertationem inuicti, sed in rebus melioribus & ad tranquillitatem spectantibus toti inepti & sine fructu deprehendantur. Et dum ita conuictis artes bonas earumque cultores proscindunt, illis adsimilantur, qui secundum Plinium quaedam semina execrationibus feri oportuisse autumabant, sine quibus accrescere & fructum ferre non potuissent: Ut & eo modo imbuti hoc studio magis inde valeant & in eo corroborentur, messem producentes copiosiore.

Præterea edducunt accidentia quaedam, de artis imbecillitate profecta, quod ea quæ aut de tempestatibus vel alijs rebus prædicta, contrario euentu aliquando solent occurrere: Atque ea propter statuunt parui faciendam vel prorsus reiiciendam Astronomicarum prædictionum facultatem. His & similibus argumen-

H

tis,

### TERTIA PARS DESCRIB-

tis, scuticis castigandis, sibi videntur deum aut regem agere, praesertim cum bullatis & turgescens verbis suis quandam maiestatem imitantur: Non animaduertentes diuersitatem Accidentium & Substantiarum in quibuscumque Artibus. Et propter illa si sola spectare velimus, nequaquam has reijciendas, Facile enim hac via omnes aliae quoque Artes, non haec tantum, refutari & condemnari poterunt.

Volunt enim SIGNA caelestia ex sacris literis interpretanda simpliciter, non adiuncta Astronomia aut alia quadam Philosophici studij parte. Hic sensus est eorum, qui optimarum artium praesenti tempestate cultarum tam audacissime prosequuntur, quam interitum earum omni conatu & viribus adiuuant. Quod dum agunt, non attendunt omni tempore, a praecipuis quibusque & ecclesiarum & regnorum gubernatoribus recte sentientibus, coniunctionem artium atque facultatum fuisse cum sacrarum rerum studio conseruatum, commendatam & aduersus eiusmodi sodalicij familiares & gregales defensam: Qui vnanimiter nobiscum senserunt, nullius SIGNI aut VIRTUTIS caelestis naturam & qualitatem, sine motuum doctrina illiusque cognitione, sicut ab initio monuimus, exponi aut reuelari posse. Si sola scriptura sacra, quam semper comitem & priore loco, in consideratione SIGNORVM caelestium spectare debemus, sufficere posset: ad quid opus esset Motum, figuram, locum, magnitudinem &c. eorundem tam anxie perscrutari: Quorum beneficio, & nullo alio, coram toto Mundo (animo prius imbuto & instructo sacris cogitationibus, quo magis magisque eiusmodi rerum consideratione maiestas diuina respiciatur, indeque plus celebretur & timeatur) Significationem accuratius exponimus & altius eundo interpretamur, eoque modo animis hominum fortius imprimimus. Quo modo non satis erit ab istis blateronibus vulgarem illam sententiam protulisse, de duabus hominum sortibus, impia & proba, quarum huic irae, illi gratiae testimonium sint talia Signa: sed etiam adiecit ipsa quae restant ad plenariam meditationem, ex vtraque professione & imprimis Astronomica sumenda. Sed

## PTIONIS COMETAE.

Sed cum non sit huius loci nec instituti Astronomiæ descri-  
ptionem fusius & plenius suscipere, vel etiam istorum crimina-  
tiones dentatis & garrulis chartis nuper emissas pluribus confus-  
tare (potius enim obliuioni tradenda quam diutius exagitanda  
talia Thraonica dicteria, quilibet saniore mente præditus iudica-  
bit) ad propositum nostrum, de COMETAE SIGNIFICA-  
TIONIS & EFFECTVS ENARRATIONE, accedere &  
properare consultius statuimus. Interea sperabimus alios fore, qui  
accuratius clamatorum *δὲ κληγορῶντων* criminationes inspicientes  
& eruditioribus & firmioribus argumentis atq; rationibus eis sese  
opponentes, satis superq; responsuri sint propediem: sicut & alijs  
sæculis similiter est factitatum. Quæcunq; enim omnibus ætati-  
bus in Astronomiæ odium sparsa, eiusq; destructionem structa  
vnquam fuerunt, iusta defensione & erudita refutatione non car-  
uerunt: Idem in præsentibus, vt modo diximus, calumnijs con-  
uiciatorum fore expectabimus: Siue fuerint qui nihil, aut aliquid  
sine vsu, de cœli virtutibus senserint: siue qui distinxerint ele-  
mentares impressiones a sensitiuis, & quidem concesserint tempe-  
states ab ipsis oriri, sed in sensibus animantium nihil efficere &c.  
Quorum dicta, factaq; neq; dicta neq; facta, in rei veritate &  
euentu ipso. Atq; ideo famæ aliorum insidiantia dicteria, viciato  
genio nata, & in his & in illis nullius vsus, vna cum suis authori-  
bus merito censenda & nihil facienda sunt.

Partem tertiam ergo de COMETAE descriptione (in qua  
SIGNIFICATIONEM & EFFECTVM ipsius proferen-  
dam, iuxta Astronomiæ & Physicæ doctrinæ facultatem, pro-  
posuimus) nobis aggressuris, Methodus à Ptolemæo in Quadri-  
partita sua constructione lib. II. cap. VIII. & commentatoris il-  
lius excellentissimi Mathematici Hieron. Card. Mediolanensis,  
præ reliquorum regulis atq; præceptis, rationibus & argumentis  
firmioribus constans, maximeq; arridens, placuit & probata fuit,  
quam ideo sequi atq; suis capitibus exponere statuimus. Quo in  
loco, cum commentator decem obseruationes, in quolibet Come-

### TERTIA PARS DESCRIP-

ta notandas, proponat: nos ex septima tribus alijs & distinctis formatis, in duodecim, melioris notationis causa, partiemur: ut à quibus tota Significationis & Effectus ipsius summa pendere & in lucem dari commodius possit.

Observationes autem ad sententiam vtrarumque præcedentium partium Descriptionis Cometæ conferendæ, sequentibus capitibus distinguuntur. Primum considerabimus magnitudinem capitis & caudæ in hoc ostento: Deinde colorem: Tertio splendorem: Quarto formam: Quinto diuturnitatem motus: Sexto situm caudæ: Septimo locum ad Zodiacum collatum. Ex quo capite Cardani, nos ob materiæ meliorem distinctionem, tria formauimus: ut ab eo quod diximus alterum, quod in ordine erit Octauum, de congressu cum fixis sideribus dicat: reliquum & Nonum de examine figurarum cœlestium & genesis adplicatione: quo hæc tertia pars duodecim capp. complectatur. Decimo, motum proprium: Undecimo habitum ad Solem atque Horizontem: Duodecimo, situm orbis cœlestis siue thematum. De singulis his ordine, quantum ingenij facultas tulerit & commoditas requisierit, expositis duodecim capitibus rem totam absoluemus.

Et quia hac in parte etiam artifices maximam difficultatem subesse comperti fuerunt, atque eam ob causam interdum lapsi in Significationum determinatione: cuius rationem Ptolemæus in rei natura & profitentium infirmitate sitam esse statuit: Hoc mihi multò magis euenire & contingere posse, non inficias eo. Quapropter, si quo modo ad penitiorem negocij præsentis definitionem non adplicuero, & in hanc vel aliam partem declinauero: non propterea mihi hoc vicio vertendum, multò minus Artibus tribuendum: sed potius imbecillitati meæ, quod singularum rerum circumstantias in cœlestibus configurationibus non satis adsecutus fuerim, adscribendum esse, & lectores in meliorem partem interpretaturos esse confido.

SIGNI

8

PTIONIS COMETAE.  
SIGNIFICATIONIS ET EFFECTVS  
COMETAE CAPVT PRIMVM.

De magnitudine illius, & exinde efficacitæ  
declaratione.

**I**N hoc primo capite superiorum Descriptionis Cometae partium singulari ope indigemus, ubi in tertio Sphericorum trigono, inuenta & constituta parallaxi, postea in secundo Planorum interuallum in collatione cum semidiametris Terre, altitudine sua harum  $9\frac{3673853}{10000000}$  expleuit, in singulas passibus Geometricis 32589764 computatis. Inde porrò in tertio Trigono, totius tractus eius quantitas 50988960. pass. commensurabatur. Et in quarto dimetiens capitis pass. 495024. atq; circulus maximus in conuexo illius 555789 pass. Quibus solius caudæ longitudo, capite 10493936 pass. relinquebatur. Tandem dimetiens capitis Cometae, per 18. lib. 12. Elem: Euclidis, cum mole terrena & corpore Lunari, proportionibus mutuis examinatus, trium corpulentiarum habitum nobis aperuit, quo scilicet Luna sua magnitudine, per longum latum & profundum considerata, octodecuplam proportionem cum  $\frac{3}{4}$  fermè ad Cometae caput obseruauerat. Terra verò ipsum septingenties trigesies quater sua dimensione excesserat.

Hæc à superioribus hucrelata, & cum exemplis alijs, quotcuq; hac forma examinata extant, collata, maximo miraculo sunt nobis. Et cur non aliquis valde miretur de immensa mole, qua ratione in sublunari regione potuerit subsistere? Eademq; cum Primi mobilis violentia quotidie circa Terram volui? atq; à Secundis mobilibus, iuxta regulam Maximi circuli, accrescente latitudine boreali retrahi? &c.

Anno 1475. legimus Regiomontanum hyberno tempore quoq; Cometam obseruasse, qui propemodum similem cum nostro à Terra distantiam obtinuit, sed motu proprio contrarius huic in antedentia signorum mouebatur, à  $\sphericalangle$  in  $\nabla$  usq; cursu inequali, sed tamen proportionali, cuius principium cum fine tarditate respondebat, medio velocissimo. Et integro suo curriculo, motu proprio circuli Magni portionem (vt. verbis Re-

H 3.

giomon-

### TERTIA PARS DESCRIP-

giomontani utamur) descripsit: Quemadmodum hoc ipsum à presenti Cometa quoque, singulis nostris observationibus factitatum cognouimus. Magnitudine sua longè inferior nostro fuit, quod illius diameter 11. min. tantum, huius 54. esset. Quod & de caudæ longitudine ibi similiter ostenditur: harum respectus mutuus ut 0. gr. 34. min. ad 20. gr. 50. min. (qualis hæc circa medium tempus adparuit) in trigecupla septula fermè proportionem habetur.

Anno 1532. à mense VIIIbri Cometa fulsit, ex dodecatemorio  $\text{♁}$  versus  $\text{♃}$  progrediens, septentrionalis ab Aequatore 27. pp. declinans. Quo tempore fratres Austriaci, Carolus V. Imp. cum Ferdinando rege, Viennam ingrediebantur, atq; Turcicus tyrannus metuens eorum potentiam, ab occidente fugiendo, Thraciam repetebat. Motus proprius illius ab occasu ad ortum versus cum hoc Cometa congruebat, sicut etiam ascensus ad boream. Sed locus Signorum & distantia à Terra differebant: parallaxi enim à Vogelino Viennense Mathematico tum temporis deprehensa ultra 35. gr. multò breuiore à Terra elongatione, sicut & magnitudine molis suæ longè minore declarabatur. Vnde distantia illius à loco obseruatoris vix 4684000 pass. & magnitudo 736000 pass. adæquabat.

Anno 1556. ad principium Martij in  $\text{♁}$  Cometa arsit, qui spacio 10. à Virginis astro ad Cepheum vsq; perrexit, quem puerum vidisse me memini. Et quantum tum temporis animaduertere licuit longitudine cubitum, id est, 4. aut 5. gr. vix adsequebatur: multoties breuior presentis. Hic regrediendo & simul ascendendo celerius ad boream, videbatur Rhutenis viam in Livoniam monstrasse, quam ex eo tempore fermè totam deuastantes occuparunt.

Si cui placeret considerare historica exempla ab alijs enarrata, que nos hoc loco breuitatis studio prætereunda esse duximus: quanquam plurimis eorum, tamen simili magnitudine Cometa vix vsquam vllus reperiretur. Etsi singulos minores maximæ rerum mutationes, tam quo ad tempestates elementares, quam etiam quo ad ecclesiasticum & politicum statum, semper sunt subsequuta: quis non nobiscum statuet, hunc, quem præcipue constat esse magnitudinis, longè maiores tristioresq; erumnas, mutationes & ruinas consecuturas esse? In magnitudine enim ostentorum, & raritate



851

PTIONIS COMETAE.

raritate eorundem, plus positum esse arcani, operationum fatalium, quis dubitat? Et propterea maiores ac rariores inde nobis euentus expectandos esse, luce clarius patet. Sicuti hac atq; alia sequentibus capitibus significabuntur.

Si unquam aliud exemplum, tum imprimis hoc ipsum in dubitationem, ne dicam admirationem, trahere animum mortaliū potest, ambigentem qui fierit, quod tanta moles diametro ad 124. milliaria ferme Germanica, ambituq; 389. mill: conficiens, radios ultra sesquiritia millia milliārum emitteret visibiles? Atq; superans capite & cauda Terrae profunditatem, in sublimi haereret? Praeterea motum caelestibus & aethereis corporibus similem teneret? An etiam hac ratione ex materia exhalationum terrestrium, secundum Aristotelem, constare, sursumq; vi astrorum & configurationum certarum attrahi, atq; ibidem ferri & tam diū conspicui posset? Nonne potius hinc arguendum, modum generationis eius, ipsis quidem naturae organis, sed tamen praeter illius inditampotentiam perfectum, atq; propterea humani ingenij aciem longe excedentem, potius magni miraculi loco habendum.

Non est dubitandum Senecam propter has & alias rationes eò deductum, ut libentius senserit Cometas corporibus perpetuis simillimos, ab aethereis non nisi adparentia in disparentiam conuersa, distinctos. Sed ea sententia, quia pugnat cum ordine primae creationis Mundi, & praeterea cum principijs usitatis Physicorum, quibus aliquo modo conamur Meteororum originem exponere, non recipitur. In hac hesitatione nobis videtur Damascenus ecclesiasticus succurrere, qui Cometam statuit diuinum esse opus (& ideo, ut diximus, miraculum aut ostentum) cuiusq; generationem non in naturae vi & efficacia positam: sed esse tale Signum, quod cum bona vel mala (hac saepius illa rarius) sequantur, tum ea non à Signo tanquam simpliciter efficiente, sed tantum mediante, proficisci, ut scilicet, instar organi eo utatur Deus. Quemadmodum & reliqua corpora caelestia, quae perpetua sunt, interdum contra rerum seriem (ut in statione ☉ tempore Iosuae, & regressu illius sub Ezechia & eclipsi passionis Christi. Item stella noua ante quinquennium adparente, &c.) id est, contra

tra

## TERTIA PARS DESCRI-

tra quam à suo Creatore ordinata, vires acceperunt, easdemq<sup>3</sup> diuina con-  
nuente potentia, inferioribus communicauerunt, &c.

Exposita in superioribus & hic repetita huius Cometae magnitudi-  
ne, atq<sup>3</sup> facta illius collatione ad alios id generis: magnitudinem quoq<sup>3</sup> effe-  
ctus & futurorum euentuum, inde aestimandam & pensitandam nobis  
mortalibus esse, manifestum est. Qui effectus generali consideratione po-  
tissimum in elementares, vegetatiuas & sensitiuas, naturæ mundanæ ac  
corruptibilis, virtutes, diriguntur. In quibus portenduntur magna  
aëris tempestates, post diutinam siccitatem repentinæ pluuiæ & inun-  
dationes: itemq<sup>3</sup> lethales infectiones, quas pestiferi morbi, subitanei  
interitus hominum, præsertim principum stirpe prognatorum & poten-  
tiorum in regnis ac monarchijs plerunq<sup>3</sup> consequuntur. Etiam hinc immi-  
nent & præsagiuntur mutationes possessionum, successiones aliarum fami-  
liarum in regnis & ducatus, surrogationes nouarum legum ciuiliū  
& ecclesiasticarum, ex præsentibus nouæ ac multiformes hereses, item in-  
quisitiones humano arbitrio & potentia in corpora & conscientias homi-  
num factæ &c. Et vt breuibus complectamur: metamorphoses in ele-  
mentis & animantibus insigniores, quales multis annis aut ætatibus ho-  
minum nusquam similes obseruata, ab hoc Cometa orituræ significantur.  
De quibus in specie consequenter & suo loco monebimus.

## CAPVT SECVNDVM.

### Significatio ex Coloris qualitate.

**D**E Colore hoc capite differendum nobis est. Hic ab exordio incensio-  
nis, vt patet ex figura cælesti primæ illius adparitionis (quod & supra in  
prima parte recensuimus) visus est adsumpsisse vicinorum Planetarum  
qualitatem. Decimum diem enim VIII Ibr. cuius vespera Cometam ini-  
tio contuebamur, coniunctio Luminarium proximè præcesserat, & ipso die  
10. Astronomica determinatione, Luna accedebat ad ♄, atq<sup>3</sup> biduo post  
eadem Saturno coniungebatur. Proximo ergo & breuissimo temporis spa-  
cio, id est, in triduo, Luna cum tribus Planetis synodos partiles habuit:  
quo

86

PTIONIS COMETAE.

quo simul intercedebant reliquorum radij, ♃ ♀ & ♁ quadrati, aduersus dictas synodos directi. Ex sententia autem Ptolemæi duo Planetae ♃ & ♁ genitores præcipui Cometarum referuntur, reliqui comites adsociantur & participes fiunt, pro ratione configurationis, motus atq; significationis eorum. Cum his si testimonia essentialium dignitatum Planetarum unâ consideramus, plurimum, sicut colorem ita quoq; naturam permixtam, adsumpsisse præsentem Cometam obseruabimus. Quantum essenziale robur respicimus, Saturnum superiorem & gubernatorem, suo domicilio & receptione exaltationis cum ♃, videbimus: cui comes ♁ adsociatur in ♎, unde non fortuito huius ab initio motum, illius colorem, ut plurimum representauit. Mercurius particeps gubernationis constituitur, propter suam præsentiam, & quod in figura coniunctionis luminarium proximæ præeuntis, cardinem I. C. & primæ adpartitionis cardinem sequentem occupauerat: unde hic accidentalis significationis, sicut priores essentialis, author æstimatur. Reliqui Planetae remotiores à significatione sunt. Hinc color ipsius plumbeus & albicans, pallidusq; Saturnum imprimis referens, qui aliquid ex stellarum ♁ atq; ♁ adspectu attemperatum haberet, adparuit.

Ab incensionis tempore Coloris adspectus simul nobis oblatu est: eodemq; Cometa locum, ab hora, qua nostro imp: tanquam capiti & monarchæ Romani imperij primùm visus fuit, à qua etiam reliquis simul mortalibus sese ostendit, videlicet 10. VIIIbris, inter quintam & sextam vespertinam, in 16. gr. ♃ retulimus. Quem quidem locum non ex obseruatione, sed tantum calculo talem posuimus, cuius beneficio ante brumam, tempus, diem & locum disparentie prædiximus. Quanquam à quibusdam idem per duos gradus, ab alijs pluribus in præcedentia retractus fuit: quorum sententiam non improbamus, præsertim cum instrumentali obseruatione constiterit. Iste adspectus Coloris, arguens originem dominantium Planetarum, eorundem quoq; naturam sibi communicatam in seseq; adsumptam testatur. Quare hoc fundamento præsentem Cometam Saturninum & Venerium secundum essentiam, & Mercurialem ex generatione sua, ab accidente gubernationis nuncupabimus. Iuxta quorum Planetarum naturam, Significatio & Effectus in posterum definiendus plurimum erit.

## TERTIA PARS DESCRI-

Ita primum in rebus Saturninis diuersæ & fatales mutationes & detrimenta metuenda: quantum videlicet ad agriculturam, siue terræ fructus & fodinas metallicas attinet, item thesauros, ædificationes, opificia impura, hereditates mortuorum, æs alienum, carceres &c. circa quas res multi varia pericula sustinebunt, paucissimi verò aliorum incommodo saturati fœliciores statum experientur. Personæ Saturninæ simul dictis calamitatibus & fortune varietati subiectæ erunt, vt senes, agricola, metallici, rustici, lapicide, coriaci, figuli, Iudæi, Mauritanii, & quicumq; sunt de numero inuidorum, pertinacium & solitariorum hominum.

Postea similia notabimus in rebus Veneris, vt sunt spectantia amores, misericordiam, urbanitatem, pulchritudinem, amicorū donationes & mulierum, coniugia, dotes, ornamenta & res preciosas, libidines & luxū &c. in quibus naufragia multiplicia facient plures, præsertim personæ huic Planetæ annumeratæ: Vt qui à natura mansuetudinem & adfectiones muliebres sectantur, item adpetentes deliciarum & conuiuorum, phrygiones, musici, poëta, pictores & alij his æquales. Tales res & personæ, conditione suorum Planetarum, hic ♀, ibi ♂, decrementa & incrementa alterna vice subibunt.

Restant Mercuriales, quæ inopinata rerum fortuna & varietate iacturam facient: vt in rebus respicientibus contractus, negociationes, omnis generis artes & studia, in primis ad quæ subtilior ingenij contemplatio requiritur, sicut alia studia honesta, item inuentiones nouarum artium, diuinationes & curiosa negocia &c. iisdem periculis erunt obnoxia. Personæ quoq;, vt sunt Philosophiæ professores, mathematici, arithmetici, scribæ, cancellarij, notarij, mercatores, sculptores & qualescunq; artifices ingeniosi, sagaces, callidi & inconstantium morum &c. Et his rebus atq; personis non ex propria aut cogenita natura, sed per accidens, partim suapte culpa, plurimum tamen aliorum impulsu, varia mutationes damno erunt.

## CAPVT TERTIVM.

De Splendoris & luminis interpretatione.

Tri

87

PTIONIS COMETAE.

**T**ria sunt aliàs genera corporum sublimium, in sublunari regione & aetherea adparentium. Primum quod ex sua innata proprietate luminosum, & radijs elucetibus, quousq; recto tramite sine impedimento pertingit, ac si praesens esset, totum illuminat, & à nullo alio suam lucem mutuatur, suumq; lumen corporibus alijs capacibus, & ad recipiendum reflexum luminis idoneis, tribuit. Huius generis solus est SOL in caelo, qui ideo oculus totius Mundi, splendor firmamenti, mensur temporum & rector in Planetarum motibus, dicitur, & qui sua virtute vitam elementis & animantibus, naturalem atq; vegetatiuam, tribuit.

Alterum, quod quidem congenitum habet & proprium lumen, instar carbonis candentis, sed ad fundendos ex sese & emittendos radios non sufficiens, atq; nisi à primo genere, per receptionem, alienum lumen suo coniungeret, totum sine lucentibus radijs relinqueretur: quemadmodum Luna in eclipsi de se testatur. Et huius generis omnia reliqua sunt corpora in caelo, Planetae & stella fixa, quae à ☾ non nisi perspicuitate, cum haec sit opaca, illa pellucida, differunt: perpetuitate unanimiter conueniunt. Hoc genus rursus distinguitur in suas species, ut sunt lumine clariora, quae in obiectione corporum opacorum umbram constituunt: sicut in ☾ ♀ & ♃ deprehenditur, & superioribus annis in stella noua annotabatur. Atq; infirmiora, nullam umbram proyicientia: sicut reliqua in caelo sidera perpetua &c.

Tertium, quod nullo proprio constat lumine, sed tantum adscititio, quo se nobis conspiciendū praebet. Huius generis sunt meteoricae & ignitae impressiones, quae secundum hos in forma viscosa & bituminosa materia incensione, secundum illos autem tantum transmissione radiorum Solarium, in superficie terrena resplendere & adparere deprehenduntur. Et istius generis aliqua non tantum radiorum, sed & umbræ projectione spectantur: Quemadmodum de presenti Cometa ab initio saepius fuit animaduersum.

Ad tertium sic genus corporum sublimium Cometam nostrum referimus, & à Venere propter dominium praecedente cap: commemoratum, post Solis illuminationem, mutuatum fuisse suum splendorem fulgentem, statuimus: sicut etiam initialem motum, ut antea diximus. Quamdiu ergo sua velocitate Veneris motum imitabatur, tam diu quoque

### TERTIA PARS DESCRI-

lucidiores radios emittebat, qui umbram circa obiecta corpora demonstrabant.

Hac igitur in parte, de natura Veneris, secundum res & personas antea enumeratas, observatio singularis habenda erit. Vnde propterea actiones evidentiores & plures spontanei aut repentini euentus, in elementis & animantibus, in forma momentanei cuiusdam luminis, oculis nostris sese offerentis, accedentes & recedentes, portenduntur. Et quia talem splendorem vix quarta parte adparitionis sue, id est, ad 16. dies aut circiter, obtinuit: etiam inde in his inferioribus & inter mortales, summa inconstantia & creberrimæ permutationes expectandæ erunt.

Ob hanc etiam causam ab Hier. Card. hoc in loco fatales mutationes magistratui publico, concitatis seditioibus vulgi, portendi adseritur, quas proximè comitantur violentæ & momentaneæ remotiones, quibus illi de gradu dignitatis & honorum deiciantur. Idem quoq; author statuit hanc de Cometae splendoris notationem commodissimam hæreticis, qui pretextu sanctioris vitæ & actionum coram plebeijs, in suam sententiam prius adducto magistratu superiore, fucum faciunt, ut aliquandiu simulatam hanc sanctitatem atq; confessionis suæ fictæ lumen conseruent. Sed quemadmodum Cometa suum splendorem ab æthereo & non æterno corpore adscitum, breui temporis spacio tenuit, postea è vestigio illum, ob suam instabilitatem relinquens, aliorum tam motu quam splendore Planetarum naturam adsumpsit: Ita quoq; eiusmodi emissarij & heresium seminatores, à suo naturali temperamento & corporum cælestium fortasse non incommodo positu, sensuq; humano & non diuino, splendorem externum adipiscuntur: Sed quam primùm periodus fatalis ingruit, ad quamuis occasionem & mutati sideris momentum, cum repente doctrine quasi colorem mutant, sensumq; alium adsciscunt, tum diuersorum Planetarum sua mobilitate, qualitatem & ingenium, ceu Polypi varios colores recipiunt, hominibusq; pro sanctissimi codicis lumine, diuinitus illis attributo, precio & stipendijs confertissimis eandem Planetariam inconstantiam vendunt. Qualiacunq; enim ex proprio genio sine diuina ordinatione, in spiritualibus vel sacris negocijs, mouentur vel agitantur, diuturna nullo modo esse possunt. Quapropter absoluta reuolutione, vertentibus astris, terminum

88

PTIONIS COMETAE.

zum suum, qui in itij & capitis primum absconditi mentem retegat, isti summa violentia consequuntur. His ita exactis, mox alia non multum ab simili fuco adornata reformationes pari audacia & instituentur & eodem fato procedent.

Hæc quia in hunc modum ex astrorum positu, deprehenduntur, eiusmodi nouatores hæresium conscij sibi fraudum & malitiæ extrema, cum aliàs vix cupressum simulare queant, mouentur, vt hanc artem cum alijs affinibus (metuentes scilicet ne siculno anguilla stringantur in folio) fanaticam & impiam esse corã vulgo proclamant. Nullam enim profecto insana calumnia alia habent causam, quã quod firmamentũ stellarũ, ætherea & elementalis regio, talium hominum artificia, non Dei gloriam sed suam, & quidem inanem, spectantia, & rem facientia, & principum potentia in perniciem aliorum abutentia, ambitionem, fraudem, insidias, futum, scelus &c. significare possunt. Vt enim materiam agunt naturalibus motibus subiectam, ita & naturalem exitum, peracto curriculo, sæpius breuissimo, quandoq; longiore, pro vt occasiones naturales ferunt, portentunt. Si essent motus diuini & spiritu aeterno corroborati, tum nec cælum nec elementa, vel etiam totus hic mundus cum illius principe (qui cognoscens influxum, ipsum in hominum perniciem vertere conatur) eos significare, multo minus commouere possent. Cælum enim cum naturali potentia sua, ad salutem huius vitæ, prima creatione nobis conditum est, non vero ad pretextum fictæ aut simulatæ sanctitatis, aut ad res diuinas peragendas: Hæc ab illis, quantum cælum aeternum à mundo corruptibili, differunt: Quæ si permiscemus, vt quando nature dona pro diuinis venalia exponimus, indignationem summam omnipotentis Dei accersendo incurrimus. De quibus in Astronomicarum prædictionum theoreticis satis superq; expositiones & declarationes reperiuntur, ad quem locum nos lectorem remittimus.

CAPVT QVARTVM.

De Cometæ forma, illiusq; expositione.

### TERTIA PARS DESCRI-

**P**linius Lib: II. cap. XX. V. Cometarum nouem species, suis figuris & formis distinctas, euumerat: Sicuti hæc in alijs, hæcenus de præsen- ti Cometa editis descriptionibus eruditè recensentur, ad quas lectorem re- mittimus. Ab alijs tria genera exponuntur, CAUDATI, CRINI- TI & BARBATI. Caudatos dicunt, quando in eorum tractu emisso partes sunt inæqualis raritatis aut densitatis, ac si in ijs locis inflexi & no- dosi extarent. Crinitos iudicant eos, qui in medio densiores & sine raro- ros, sed tamen non dispersi, nec longiores aut latiores deprehenduntur. Et noster ex parte talem formam representasse videbatur. Talis fuit, qui Ve- spasiano imperante conspectus fuit, haud multò ante mortem ipsius: quem ille iocans ad Parthorum regem pertinere dicebat, qui capillatus esset. Sed fata tum non capillatos sed tonsos presserunt. Post enim surreptum fati ipsum Imperatorem Vespasianum, cum biennium & menses duos, diesq; XX. præfuisset Titus, sub altero Domitiano filio respub: urbis & monar- chia Romanorum deficere & inclinare cepit. Quo tempore Crinitū sidus hostibus Romanorū, barbam & tomā alentibus plus fauere visum est, eisq; successum prostigandi milites ipsorum atq; subinde limitaneas prouincias occupandi præbuit. Barbatos tum statuunt, cū extrema ex parte, in speci- em barbæ longæ promittitur iuba: Sed illa dispersio iubæ plerunq; & ob- scura & late sparsa est. Hanc formam planè noster retulit.

Quapropter, si ex forma & figura Cometæ huius, diuinitus & non sine singulari prouidentia sic expressa, expositio quædam desumenda esset (qualem desumi posse, totus ipsius habitus ostendit & permittit) tum po- tius regionibus & regnis illis, in quibus tonsis capitibus homines degunt, infensus putandus erit, quam ubi comati habitant. Nam & motus pro- prius easdem regiones à talibus habitatoribus cultas habitatasq; ut postea videbimus, petere & notare videtur. His aliæ sententiæ quas inferius re- censebimus quoq; adstipulantur.

Possumus eadem etiam colligere ex rerum statu superioribus seculis. Cum enim florente orientali Romanorum regno, quod nunc hostis illius, oppressis legitimis Christianorum possessoribus, obtinet, interea occidentale languescere & multū diminui cepisset: tandè periodo aduentante à Carolo. M. rursus occidentale excitatum, incrementū maximum accepit: & si- mul



59

PTIONIS COMETAE.

mul interea orientale decreuit. Quare cū hoc antea sit compertum, ut quā-  
 diu Cæsares orientis & occidentis extiterunt, accrescente vno, alterū potē-  
 tia sua decreuit: Etiā nunc presenti tēpestate orientalem tyrannum suum  
 fastigium summum adeptum, quoq; fatalem suam periodum aliquando &  
 breui subiturum. Quam nostram predictionem barbatus præscns Cometa  
 aminosius super imberbes, confirmare multum videtur. Quare sperabimus  
 confidentissimè, occidentalem Aquilam Iouis, quam Cometa occidentem  
 versus relinquens, præteriuit, & idolum Antinoi (id est, blasphemos in  
 Deum & ipsius Filium, saluatorem nostrum Iesum Christum) atq; equos  
 gradarios adpetiuit, equuleum & Pegasus (id est, Christiani nominis ho-  
 stes, &c.) abis suis rursus explicatis & in altum euectam, vires suas du-  
 dum eneruatas, recuperaturam, atq; validissimam potentiam & effectum exer-  
 citaturam. Iuxta enim quatuor monarchiarum diuinam determinatio-  
 nem, si nulla quinta aut noua successura est, quarta hæc vltima nomine Ro-  
 mano adhuc insignis, vigebit & permanebit: Etiam si distinctis temporum  
 spacijs varias vicissitudines perpeffa fuit, nunquam tamen tota oppressa,  
 semper seminaria nouorum fructuum reliquit. Ideoq; hæcenus aliquoties  
 quasi reuiuiscens, suas vires & potentiam denuò exeruit. Hanc potenti-  
 am in posterum ante Mundi terminum rursus quasi naufragij tabulas col-  
 lectam, in totius Christiani orbis emolumentum conuertet & manifestè  
 conspiciendam mortalibus omnibus exhibebit.

Ex numero formarum in Plinio videbatur Cometa eam quæ Perti-  
 ca dicitur, aliquantisper representare: quia dissimilibus radijs, interdum  
 lucidioribus, quandoq; crassioribus. itemq; interdum sinuosis & rursus  
 directis comparuit. Qualem conferendum cum præsentibus Planetis esse  
 artifices volunt. Vnde hic cum Saturno copulatus, multorum obitum, præ-  
 sertim seniorum & religiosorum, quiq; vestibus Saturninis induuntur,  
 portendit. Postea in ♂ □ interitum per ferrum & sanguinem metuen-  
 dum testatur, Et in primis ante aut post effusam maximam aquarum cop-  
 piam, maximam siccitatem, ijdem artifices statuunt &c.

CAPVT QVINTVM.

De diuturnitatis adparentiæ influxu.

Prima

TERTIA PARS DESCRI-

**P**rima parte descriptionis Cometae, diurnitas adparitionis sexaginta quinq; dierum, tabella quoq; adhibita de singulorum dierum habitu, exposita fuit. Principium autem illius ad 10. Nouembris, aliorum omnium consensu, quo initio conspectus fuit, posuimus. Quam visibilem adparentiam iudicamus potiore, magisq; amplectendam esse imaginaria illa, quae non nisi coniectura & opinione infirma proditur: cum scilicet aut ad precedens, VIIIbris mensis, interlunium, vel etiam ad alios priores terminos aut posteriores, eandem referunt. Finem autem, quo nostrum adspectum fugere ceperat, in 13. Ianuarij diem retulimus (in illum ipsum diem, quo sub crepusculo ultimum fuit visus: Quemadmodum hoc testantur aliorum obseruationes, & inprimis Dantiscani mathematici, doctiss. V. M. Matthiae Menij, qui eum hac vespera Dantisci ad mare Balthicum, postremo conspexit, & postea amplius, etiam serenissimo caelo post biduum, contueri aut agnoscere non potuit) Qui finis tot dierum spacio post brumam, quot eius ortus ante brumam, obseruatus est: atq; ita Bruma ceu media inter ortum & deflagrationem Cometae, quot diebus & horis secuta ortum, totidem finem antecessit.

Eo modo tempus quo Sol punctum cardinale, principium videlicet & ingrederetur, brumaeq; instaret dies, medium totius diurnitatis Cometae, quandiu visus fuit, deprehenditur. Nam 12. D. Xbris, in quo matutino tempore, ad sextam H. à media nocte, bruma anni proximi finientis 1577. nobis extiterat, inter utrunq; crepusculum, initij & finis adspectus Cometae, medius fuit: utrinq; enim  $32\frac{1}{2}$  D. inclusiuè intercipiuntur. Iste itaq; dies brumalis, 12. Xbris, semissem temporis obseruans, tanquam cardo & regula motus Medij traditus nobis fuit: tum enim motu Diurno ab occasu ad ortum  $0\text{ gr. }53. |. 33. ||.$  &c: absoluerat. Qui uti superioribus diebus recedendo, iuxta Arithmeticam quandam progressionem, accrescens, ita postea consequendo decrescens, simili proportione, id est,  $1\frac{4}{64}$  min. (ibi augendo, hic diminuendo) singulis diebus, vnius trecentesima sexagesima partis Zodaici, ostendebatur. Ita 13. Ianuarij, motu hoc deficiente, etiam adparitio haec post desinebat, quo tanquam curriculo suo absoluto & lumine ipsum deficiente, etiam potentia motus Proprij defecit, ibidemq; euanescebat, totus consumptus, disparuit.

Hoc

90

PTIONIS COMETAE.

Hoc nobis de diuturnitate adparitionis imprimis observandum est, quod ad id faciat, ut hoc ostento singularis etiam exquiri possit significatio. Sicut enim puncta cardinalia in Zodaico aliàs solent præ omnib. alijs partibus illius, quantum ad motus Planetarum, efficacioris & notabilioris esse virtutis: ita quoq; hæc brumalis observatio Cometae evidentiore & potentiore vim communicare poterit. Quia autem effectus tam in elementis quam animantibus (sicut in superioribus significavimus) maximis mutationibus expectandus, non est cur dubitemus, tam propter diuturnitatem adparitionis, scil. 65. D. quam simul etiam cæli cardinalem locum, & magnitudinem præterea inusitatam, insigniores & multò maiores metamorphoses rerum, quam ullus mortalium arbitrabitur, hunc Cometam excitaturum. In quibus autem rebus euentus plus minusve metuendus, partim in fine cap. 1. dictum, partim sequentibus copiosius dicetur.

Accedit ad præfatam admirandam diuturnitatem etiam illud, quod & initium & finis adparentie, suis locis, circulo maximo per Solem & ipsum Cometam traducto, ex doctrina Triangulorū, prorsus idem intervallum obtinuit à Sole, utrinq; enim ad 49 ferè partes, quales totus ambitus 360. continet, numerantur. Quamvis in longitudine Zodiaci eiusmodi equalitas non fuit animadverta, differebat enim ad 8. gr. quibus in fine propius Soli adstiterat, hic enim modo 40, ibi 48 gr. obijciuntur. Circa 7. D. Xbris, quo motus diurnus & adparens illius, Solis motui equabatur, maximam à Sole distantiam observabat: tum enim in longitudine Zodiaci 58 gr. inuicem disponebantur: desideratis modo duobus, sextilis radius mutuo intercedebat.

Artifices ex collatione multorum Cometarum, diuturnitatis tempora certis notationibus, dimetiuntur triplicia. Maximam durationem ad semestre spacium, mediam mensuram & minimam septem dierum esse testantur. Qui numeri certa proportione inter se conferuntur: ut si Geometricam sextuplam adsumimus, maximum tempus diuturnitatis Cometae 180 D. non excedet, sicut nec minimum à 5. D. deficiet. Progressionis igitur medius numerus 30. D. erit, quos noster Cometa ante & post brumã adparens, utrinq; sesquiritibus diurnis spacijs, siue naturali-

K

bus die-

## TERTIA PARS DESCRI-

bus diebus, superavit. Hacq; ratione duplum temporis dimidiij, suis sexagintaquinq; diebus, Cometa exuperans, quoq; virtutis & effectus vulgarium Cometarum multiplicationem nobis annunciare & demonstrare videtur.

## CAPVT SEXTVM.

Situs & tractus caudæ, eiusq; inclinationis ad cardinem Zodiaci atq; subiectam plagam M. enarratio.

**A**D huius cap. examen, inprimis opus habemus secunda parte Descriptionis Cometa, ubi de illius Vero motu egimus: deinde etiam Prima, de adparentia. Ex secunda parte nobis, Declinatio septentr. vera, qualis cal. Ianuarij 22. pp. 26. |. 39. ||. calculo Astronomico reperta est, patet, quæ 4. ferme pp. maior visibili erat. Et cum eadem ferè diuersitas de tota adparentia sit statuenda, primo tempore, id est, 10. VIIIbris ex nouem pp. quinq; tantum Declinationis austrinae, per tabulam motus adparentis, in prima Descriptionis parte, habebimus. Et ex eadem tabella, per 4. pp. subtractionem, Cometam inter 15. & 16. D. VIIIbris, vero suo motu, ex centro Terræ notato, qui Proprius dicitur, transysse, & simul violento vero reuolutionem diurnam absoluisse, in AEquatoris circulo, obseruabimus: Atq; propterea sequenti tempore, usq; ad suam disparitionem, Septentrionalem extitisse: Et circa 7. Xbris, quo longissimè à Sole discedebat, 15. pp. ab eodem circulo in septentrionem declinasse, id est,  $\frac{1}{4}$  partem totius circumferentia cal: Bruma vero 17. pp. deuiasse, qua medium, adparitionis integra, tempus, mirabili nature casu confecerat: Itemq; 13. D. Ianuarij, desinente Proprio motu, & stationario sidere vel ostento facto, quo post nostrum conspectum fugere & disparere ceperat, 23  $\frac{1}{2}$  pp. abscessisse (adiectis scil. 4. gr. ad visibilem illius temporis Declinationem, 19. pp. 27. min. in tabella predicta annotatis) & maximam Declinationem ab AEquatore, qualem & Sol estiuo tempore adsequitur, obtinuisse, id est, in ipso Tropico ☉, illius parallelum, motu Primi mobilis & Proprio attigisse (fatis & hic, singulariter in diuino arbitrio positis

91

PTIONIS COMETAE.

positis, sic ordinantibus) & cursum suum & periodum absoluisse.

Prima australis Declinatio (sive visibilis sive vera) ad maximam vel ultimam borealem collecta, exponit 28 pp. 36 min. quib. secundum latum, ultra citraq. AEquatorem, Cometa sub Primo mobili fuit digressus. Huic amplitudini Declinationis, subiacentes regiones & verticales in superficie Terræ, latitudine quarumcunq. considerata, facile dehinc poterimus consignare: sicut mox videbimus.

Sed quia de caudæ tractu & inclinatione ad certam Mundi plagã, hoc loco aliquid proferendum nobis visum fuit, ut ex prædictis caput globosum Cometae, ubi nam toto suo corpore collocatum fuerit, attentius consideremus, ex eo deniq. caudam emissam, accuratius, quousq. sese extenderit, longitudine ipsius, superius definita 10493936. pass. Geometricorum, adhibita, quatenus ab una in alteram atq. etiam intermedias regiones pertigerit, facile annotemus: quod paulo post exposaturi sumus.

Quotiescunq. caudæ tractus, præsertim sereniore aut puriore aëre obiecto, longius adparens, à nobis in terrena superficie adspiceretur, visa fuit illius prior & maxima pars ex capite progrediens, latitudinem parallelam ad latus Zodiaci, extremitas autem notabiliter ad austrum vergens & reclinans declinationem æquabilem ad latus AEquatoris ostendere: Quod æquè cum prioribus Cometae miraculosis adparitionib. observatione maxime dignum est. Sinuosa illius pars seu angulus inclinationis, secundum Zodiaci & AEquatoris peripheriam, animaduersus, & in directum productus, cardinale punctum & respiciendo adpetebat, id est, locum ubi uterq. circulus secatur. Quod punctum ab Astronomis circa prædictiones, quam omnes alij loci cælestes, maiore attentione observatur, tam quo ad motus quam virtutes celi definiendas. Et hunc ipsum cardinem, quoq. circulus maximus, sive linea recta, tanquam subtendens arcum sinuosum emissionis caudæ, per centrum capitis Cometae & medium extremitatis caudæ transcendens, singulis adparentijs, demonstrare animaduvertebatur. Quemadmodum simili modo Regiomontanus Cometam an. 1475. ab idib. Ianuarij ad exitum Februarij conspectum, suæ caudæ extremitate, stellas Geminorum, quæ non multum à cardine solstitiali absunt, ex præcedentia Signa usq. ad ♄ perambulando, semper respexisse testatur. Sicut igitur

K ij

### TERTIA PARS DESCRI-

cut igitur hic Tropicum, ita noster AEquinoctium punctum, observare visus fuit. Quanquam autem in fine adparentiae, ob caudae decurtationem & inclinationis obscurationem, tam exacte eiusmodi cardinalis demonstratio notari non potuit, attamen de residuo, permanente aequabilitate, ad dictos circulos, oportuisse illi directionem talem inesse ratio docuit.

Ex qua situs caudae qualitate, non minus quam ex superioribus animadversionibus, significationis & effectus robor, vehementia & magnitudo firmior nobis portenditur. Circuli enim utriusque, Zodiaci & AEquatoris, itemque punctum cardinale, in commotione virtutum caelestium (quarum saluatoris nostri filij Dei pradicatio Lucae 21. mentionem facit) si unquam alius caeli circulus aut locus, plurimum valent & possunt. Hic enim regula Primi mobilis, ille secundorum mobitium, hoc principium utriusque in Astronomia docetur. A quibus virtutes caeli moventur, tam ad naturalem formam primae creationis, quam etiam contra ipsam à prima causa. Aqua causa hunc Cometam in sublunarem regionem positum fuisse, atque mediarum causarum, immediatèque concursum, atque hac quidem prima motrice, illis vero posterioribus organicis ad hunc usum destinatis, munus suum obijisse certo constat.

Ad principium autem adparentiae Cometae, sic apud illius ad extremum occidentis, respectu nostrae Germaniae, situm in Peruviam Americae, regi Hispanorum subiectam, illiusque latitudinem 5. pp. & longit: ad 290 pp. collocamus, ubi littus orientale maris del Sur est, terminumque occidentalem eadem regio occupat: Aut quod magis verisimile statuimus, si mediterraneum illius regionis recipimus, 12 pp. maioris longit: ubi Cometa, tempore, quo nostrum Horizontem subijt, verticalis mortalibus istis adparuit: Tum extensio caudae ad orientem versus, per Cambalium terram, oceanum Aethiopicum, deinde Manicongorum (que Lusitanis) & Melindarum (que precioso Ioanni, tributaria est) vastissimas regiones, atque postmodum per oceanum Indicum ad Mallabariam, illiusque tractum ex adverso Calecutij usque pertinebit. Tempore & momento vero, quo nostro imperatori Rodulpho VI. hora 6. vespertina (referente D. Hagecio aule Caes: medico) visus fuit, examinatis distantijs longitudinalarijs à Vienna Austriae inferioris, occasum versus, Meridianum per insulas Capit-  
tis viri-

92

## PTIONIS COMETAE.

is viridis, olim Gorgades & Hesperides dictas ( & an. 1472. denuò re-  
pertas ) transeuntem tenuit, & littus orientale, è regione terra Brasili-  
ca ( Lusitanorum ditioni, an. 1504. subiecta ) perpendiculariter incum-  
bens pressit. Et si vix ad dimidium H. quadrantem recedimus, tum in ip-  
so Meridiano, qui Cosmographorum primus est, & à quo omnium regio-  
num Terra & maris, in superficie illorum, longitudes capiuntur, quiq;  
per insularum Fortunatarum ( hodie Canarium, an. 1405. rursus inuen-  
tarum ) latus occidentale transit, conspectus fuit.

Quibus omnibus ita constitutis, in obseruatione monarchie Roma-  
ni imperij, fata singulare quiddam presignificare proculdubio voluerunt.  
Posito enim Cometa tum temporis supra Horizontem Viennensem, circa  
emergentem gradum Zodiaci in VIII. domo & paulo post VII. perua-  
gante, regnorum occidentalium varia vicissitudo ex natura Domorum  
( id est, ex infirmiore & languescente statu, in solidiorem, commutatio )  
decernitur. Eoq; postmodum ad occasum tendente, periodus ipsius fatalis,  
ad finem Mundi inclinans, prædicatur. Hæc domus, ex publicis & com-  
munib. imperij hostibus, victoriam: illa post mortis pericula adita & su-  
peratos immensos labores, ab alienatarum prouinciarum, quasi ex despe-  
rato hereditatis iure, recuperationem promittit. Cuius tanti negocij for-  
tuna, initio factò à capite insularum Fortunatarum & Hesperidum, ab  
occidentis Mundi partibus, in orientis extremitatem usq; tanquam noua  
constituta monarchia ( hoc ceu omine spectanti Imp. factò ) progredietur.  
Adspirabitq; ea familia huic felix, quæ particeps dominij est istius termi-  
ni mundani.

In oriente, respectu finitoris Germanici, positus Cometa, meridianum  
possedit, transeuntem hunc ipsum locum, quem antea cauda extremitas  
attigit, videlicet, Mallabariam, in qua Calecutium extat, unde caudam  
super insulam Summatram, olim Taprobanam, & mare del Sur, porrexit.  
In meridiano nostro situs, iuxta insulam S. Thomæ, oceani Aethiopici, ver-  
ticalis fuit.

Postea Declinatione mutata, & per totos LX. V. dies, sui circuli,  
septentrionaliora quotidie loca adpetendo, ultra AEquatorem, versus no-  
stras terras progressus est, & usq; ad Tropicum ☉, quemadmodum antea  
diximus,

### TERTIA PARS DESCRI-

diximus, peruenit. Eoq; modo toti terra parti, quae Zone torridae est, cū AEquatorem, verticalis fuit, ut Americae australi, inde ex Peruuio ad Canibaliū terram, exinde per Parianam & Mexicanam prouincias, Hispaniolam insulam, vsq; ad proximam Cubam & nouam Hispaniam: in Africa uerò, cū Manicongorum terram, per Damutium, Medram, Guineam ueterem, & è regione orientali totam preciosi Ioannis, Aethiopum maximi imperatoris, ditionem, tūm Nigritarum & Nubiae regna latissima, itemq; Libyam, vsq; ad Biledulgeridam (olim Numidiam nuncupatam) etiam normalis transijt. Atq; in Asia maiore, primum ex insula Summatra, per auream Chersonesum (hodie Malacam adpellatam) similiter Mallabariam, vsq; ad Cambaiam & Menae fluij consinia, vertices transijt. Harum igitur terrarum, regionum, prouinciarum, Cometa toto suae adparentiae tempore, capita transiuit. Quibus ideo quoq; minatur effectus sui maiorem vim, ut in aeris tempestatibus & dominiorum translationibus.

Quod autem caudae tractus, secundum suum anfractum, in priore parte & maiore, ad latus Zodiaci: & posteriore AEquatoris: in orientem directus fuit: & communem horum circulorum intersectionem respexit: fatales periodos eiusmodi rerum & negociorum, ab occidentalibus populis, suis quibusq; orientalibus imminere innuit. Sicut & motus Proprius, & accidentia quae in unum concurrunt (de quibus postea nobis, suis locis, dicendū erit) ferè similem progressionē demonstrauit: Qui tamē ad boreā ab australioribus terminis, inclinantes terras, denotare nobis uidetur.

Situs caudae Europae regionibus, etiam ad formam tractus sui formidabilis, mutuas persecutiones portendit: Si scilicet qualescunq; vicinas, quae à suis reguntur gubernatoribus, inuicem conferre uolumus. Quod ita fiet, quando equabilem transitum circuli, qui proprium Cometae describit motum, considerabimus, & iuxta eum parallelum, qui subiacentes Europae secet prouincias, affingemus. Sicut postea suo loco adparebit.

CAPVT




CAPVT SEPTIMVM.

Loci secundum longum & latum atq; Signo-  
rum consideratio.

**L**ongitudinem visibilem, qualem supra in prima parte Descriptionis  
annotauimus, ex medio fermè Signi  $\gamma$  procijsse, & ad medium pro-  
pmodum  $\chi$  vsq; duo dodecatemoria processisse, manifestum est. Lati-  
tudinem autem septentrionalem & ascendentem, in ambitu maximi cir-  
culi obliquantis, ex  $21. gr. \rightarrow$  ad proximam amplitudinem  $29\frac{1}{2} gr.$  fuis-  
se, observationes instrumentales adiunctis demonstrationibus, testantur.  
Et incipiendo à  $13\frac{1}{2} pp.$  latit: postrema adparentia per  $16.$  ferè pp. auge-  
scendo in  $29\frac{1}{4}$  maiore fermè latitudine, desyt.

Secundum longum igitur  $57. gr.$  & latum  $16.$  respectu Zodiaci ab-  
soluens, cum Eclipticæ gradibus, quos diximus, primo & ultimo adspectu,  
latitudinarijs æquidistantibus Zodiaco, alligatis, & quarto latere portio-  
nis circuli proprii motus




adiuncto, figuram quam  
dicunt  $\tau\rho\alpha\pi\epsilon\zeta\iota\omicron\nu\sigma\kappa\alpha\lambda\omega\nu\mu$   
constituit. Quam composi-  
tam indicamus, parallelo-  
gramo & orthogonio tri-  
angulo. Vel, si aduersos an-  
gulos quoslibet rectis con-  
iungimus, tum una parte

$\delta\gamma\theta\omicron\gamma\acute{\omega}\nu\iota\omicron\nu$ , altera  $\delta\zeta\upsilon\gamma\acute{\omega}\nu\iota\omicron\nu$  & rursus  $\alpha\mu\beta\lambda\iota\gamma\acute{\omega}\nu\iota\omicron\nu$ , trianguli diuersi, ge-  
nerabuntur.

Præterea  $\zeta\omicron\mu\beta\acute{\omicron}\alpha\delta\epsilon\sigma$  constituitur à tribus polis atq; loco stellæ nouæ  
ante quinquennium visæ. Quantum enim stella noua à polo Mundi, tan-  
tum quoq; Polus circuli proprii motus Cometae, à polo Zodiaci distat. Si-  
militer, quantum stella noua à polo Zodiaci, tantum ferè etiam Polus Co-  
metæ à polo Mundi. Tanta affinitate mutuo fruuntur stella noua an-

## TERTIA PARS DESCRIBIT

1572. sub initium VIIIbris exorta & continuis succedentibus 16. mensibus, circa asterismum Cassiopeae conspecta, id est, ultra exitum anni insequentis, & hic praesens Cometa noster: Qualem enim adfectionem cum utrisque Polibus, Mundi & Zodiaci illa tum habuit, talem quoque, polus Cometae seu circuli Proprii motus ipsius, hoc tempore, observavit. Eoque modo, cum a Cometa ipso, propter eius mobilitatem, talis configuratio geometrica formari non posset, in ipsius locum Polus eius substitutus, schema eiusmodi construxit. In quo si dimetientes ducimus, trianguli obliqui, inaequalium laterum, inde proficiuntur.



Tales figurae, ex sphaericis in planas superficies mutatae, & quae ex circulorum & rectorum subtendentium cognatione constant, atque quatuor & trium laterum compositionem absoluunt, studiorum Philosophicorum & imprimis Mathematicarum scientiarum sunt subiecta. Cum igitur talia signa sub caelo adparentia semper ominosa sint, Etiam his & alijs familiaritate coniunctis studijs, quae vel liberales artes vel facultates dicimus, quibus mortalium societas gubernatur & conservatur, post maximam stragem, plerumque ijs excidium secuturum minantur: haud aliter, ac si periodo fatali omnia vertente, priscum barbaries locum sibi regnumque repeteret. Similia ferè ex positu Cometae cum quibusdam stellis fixis, ab alijs nuper animadversa & edita, ad hanc significationem accommodantur.

Istis in hunc modum, de figuris Geometricis expositis, nunc ad dodecatemoria, siue arcum Zodiaci, quem Cometa suo cursu emensus fuit, transfereendum nobis erit. In quo, si Zodiaci in duodecim aequas partes secto, numerum earum spectamus: duas penè, vix duobus relictis gradibus, cursu suo Cometa confecit. Sin autem Signorum capita, tria earum curriculo, partim attigit, partim permeavit: circa medium enim & primum adparuit, & totum perambulans in X perstitit. Hinc trium istorum caeli Signorum, naturam, examinare opere praecipuum erit.

EX

## PTIONIS COMETAE.

Ex ♃ Signo sicco, per ♃ in ♃ usq; signa humida, digrediens, aquarum copiam subitanam, precedente summa siccitate, fore significat. Deinde ex eodem ♃ signo frigido per ♃ in ♃ quoq; frigidos transiens, alternatim tales aëris & tempestatis qualitates, magis tamen ad insuetum frigus, præter naturam temporum anni, inclinantes, decernit. Tertio ex ♃ signo mobili, per ♃ fixum, in ♃ commune, secedens, tam in elementis quam animantibus exitiales catastrophas excitabit, adeò, ut quæ presenti tempore infirmissima existunt, validissima futura sint: contra quæ ceu fixa & nulla sorte mobilia visa, momento fluxa & omnium inconstantissima fiant. Signum ♃ in specie quoq; considerandum est: Hoc cum ♃ & ♃ obliquum, per se verò domesticum simul & bestiale: postea quadrupedum, cum ♃ paucorum filiorum, cum ♃ fæmineum & nocturnum: per se ægrum, cum ♃ ruptum: per se silvestre, cum ♃ & ♃ meridionale & obediens: per se tenebrosum, cum ♃ violentum: & postremo domicilium principale ♃, sicut ♃ secundarium &c: Hinc multiplices significationes depromuntur, quas nimis longum foret exponere. Nos potius breuitati operam dantes eas cogitandas alijs relinquimus.

Postmodum ♃ per sese Signum perhibetur masculinum, diurnum, aërium, sanguineum, humanum & rationale, cum ♃ pulchrum, per se dulce, forte &c: Et ♃ Signum membrorum præcisorum, alatum, aqueum, phlegmaticum, reptile, mutum, paruum, multorum filiorum, salsum, turpe, mediocre, diuersæ proportionis, domus secundaria ♃, morbosum &c: Quarum rerum expositionem diligentia legentium relinquimus. Quæ penitius considerantibus, naturæ totius habitum, propediem suis passionibus obnoxium, reuelabunt.

Diriguntur autem accidentia dictorum influxuum vniuersaliter in animantia & elementa. Ut si animo sagaci attendimus, quales mutationes in actionibus humanis, domesticis & publicis, deinde in turbatione complexionis, ingeniorum, valetudine corporis, in sexu, ætate, forma &c: quorumcunq; hominum, tam inferioris quam superioris status atq; ordinis: itemq; circa reliqua animantia, in terra, aquis, aëre &c: viuentia, atq; res crescentes, in quibuscunq; elementis, vel si fuerint sensitua vel vegetatiua, & cuiuscunq; denominationis subiecta mundana &c: In eis ergo  
L
quales

TERTIA PARS DESCRIBI-

quales mutationes sint oritura, luce clarius intelligentibus, tanquam prae-  
vise fuerint, adparebunt.

Regionibus & locis superiore capite expressis, in quibus Cometa plu-  
rimum efficax erit, annumerande nunc sunt, quae dictis Signis ab Astro-  
nomis subijciuntur, & in primis quae domicilijs & adscriptae sunt. Ut sub  
B statuuntur regiones in Asia maiore, pars extrema ab Indo fluvio India  
adpellata, olim Seria, in S. S. Euilat & nunc Indostan: postea Tartaria ma-  
gnae Aria, hodie Sernere, Gedrosia hodie Gest. In Europa Macedonia seu  
Turcia, Illyris cui Sclauonia & Liburnia attribuuntur: Thracia, hodie Ro-  
mania: Bosnia superioris & Bulgaria inferioris Mysia, Albania & reli-  
quae Graeciae partes: Masouiae & Lithuaniae ducatus: postea quoque Saxo-  
nia, Hestia & Thuringia, maioris Germaniae: Stiria Pannoniae superioris  
olim, nunc Germaniae pars: Orcades olim Thule, nunc Orknai in Gothica  
lingua, Britannicarum insularum, quarum numerus 31. superare vide-  
tur. Hi persentiscent initium motus Cometae velocissimi.

Deinde sub ☿ in Asia maiore comprehenditur Oxania & Sogdiana,  
nunc Maurenachar, ultra Iaxartem fluuium Tartariae maioris. Item A-  
rabia deserta, hodie Aggara, & petrea nunc Batraab. Sarmatia ultra Ta-  
naim. Et in Europa Sarmatia cis Tanaim, Valachia inferioris Mysiae cis  
Danubium, Russia rubea, quae meridionalis & ad occasum Germanica mul-  
tum utitur lingua. Dania & Sueciae meridionales prouinciae, Scandiae re-  
gionis. Item Westphalia Germaniae mediterraneae. Pedemontium AE-  
miliae, nunc Lombardiae di qua dal Po. Bauariae pars Vindelicorum &c:  
Hi remissiore & mediū, sed tamen durabiliore Cometae cursum sentiet.

Postremo, qui loci sub ♃ siti sunt. Ut Asiae minoris, hodie Anatolie,  
Lydia, Pamphilia, ubi nunc Mentese & Setilia. Cilicia, hodie Carmania  
adiuncta Pamphilia. Europae Calabria s. magna Graecia (ubi olim Brutij,  
Locri, Oenotrij & Epizephyri) Neapolitani nunc regni. Portugallia sive  
Lusitania, adiuncta Interamnina parte Tarraconiae Hispanorum. Norman-  
dia Galliae Lugdunensis &c: Exortis motionibus à B locis & peragratis  
☿, in his Piscium terminus tardissimus consopietur.

Quidam talibus Signis suos Trigonos & Tetragonos adijciunt, hos in  
malis, illos in bonis Significationibus: Vnde hoc loco Capricorno ♄ & ♃  
per Δ


94

per  $\Delta$ :  $\text{♄}$ ,  $\text{♅}$  atq;  $\text{♆}$  per  $\square$  adsciscuntur: quæ Signa etiam simili methodo suis subditis locis examinanda essent, sicut  $\text{♁}$  quæ  $\text{♂}$  atq;  $\text{♃}$  hoc modo configurantur. Nos verò in ea parte fugientes prolixitate descriptionis huius tertie partis, & quod etiam eiusmodi regiones talib. Signis subiectæ minoris & infirmioris sint notæ in percipiendo effectu, prætermittimus illarum expositionem. Et hoc tantum ad calcem huius capituli adiicimus. Motum Comete in consequentia Signorum Zodiaci directum, quemadmodum antea de Cauda tractu significauimus, etiam effectus sui progressionem ab occasu ad ortum versus designare: quod ipsum deinceps quoq; de motu in proprio circulo referendum erit.

CAPVT OCTAVVM.

Congressus cum fixis syderibus illiusq; effectus &c.

IN prima parte, sub titulo de phenomenis Comete, motum visibilem, congressum cum quibusdam stellis & transitum è regione vicinorum syderum, quantum opus fuit eo loci satis exposuimus. Ibidem prima adparitio, quomodo iuxta informatas Aquilæ, Iouis volucris præpetis, quæ Antinoo Adriani imperatoris amasio, confidenti in ara, dijs imolando, adscribuntur, emicuerit, constiteritq; secundum longum & latum Zodiaci, describitur. Proximus autem istis stellis initio positus & nobis illhinc visus  $\text{Ἰσάπριον Ἰσάσκελεσ}$  cum quarta, quinta & sexta, stellis ipsius effinxit, atq; caudam super cornua  $\text{♄}$  naturæ  $\text{♀}$  &  $\text{♂}$ , atq; fasces  $\text{♁}$  extendens, vsq; in eius humeros porrexit, hasq; stellas octiduo percurrit.



De loco hoc & astris cæli sumenda primum Significationis interpretatio, quæ partim à natura stellarum, quam cum Planetis communem habet, partim ab asterismorum figuratis expositionibus, ex historijs, fabulisq; depromtis, pendet. Natura stellarum Anti-




### TERTIA PARS DESCRIBI-

endi imitatur Aquilam, quae est permixta Martialis & Iouialis, quae postmodum expositionem suam habebit. Postea historia illius nota est ex Eusebii chronologia & Dione, quomodo imp. Adrianus admauerit hunc puerum, & in ipsius honorem urbem & templum sui nominis, sacris institutis, consecrauerint &c. Quibus hac tempestate insigni nota status ecclesiasticus, qui ab hereticis & impostoribus plurimum turbatur, depingitur. In quo è clericorum numero, qui nunc vicem sacerdotum Aegyptiorum, instigantium Adrianum, gerunt: quique propria audacia, citra voluntatem diuinam, non missi currentes (ut est apud Ierem:) & potentia magnatum confisi, conantur tam sacrae religionis capita explicata, quam scholas Rerump. & Ecclesiae seminaria florentissima odoratissimaque turbare, permiscere & fundo vertere ab imo. Praetextu scilicet pietatis & salutis communis non solum fucum facientes: sed cum suis commodis, animo ambitioni, cupiditati, auaritia morem gerentes: tum alios innocentes nefarie opprimentes. Non aliter ac Aegyptij mentiti, ad Imperatoris pertinere salutem, ut imolaretur animalis hostia alicuius amici, qui sponte pro eo oppeteret mortem, innocentis pueri effuderunt innocentem sanguinem: cultris suis maectantes humanam hostiam, mortaliū omnium immanissimi. Sicut admodum luculenter & adposite, totum huius historiae (quam nostri saeculi praefigurationem apertam continet) mysterium negocijs praesentibus, si breuitatis studium nos non impediret, longa serie accommodari posset.

Deinde in principio Xbris idem Cometa pertransyt Equi minoris praecisionem, in qua stellae similes cum prioribus Antinoi naturae existunt, & simul caudae extractione maiorem Equum, quem Pegasus dicunt, attingit, utrunque sic connectens. Et aduenientibus diebus proximis, totus in Pegaso commorans, ante pectoris eius stellas immobilis persistens, consumebatur, in eo ipso loco, ubi circulus sui motus proprii secturus mox erat Tropicum ☉. In quo, cum in confinio Zonarum, torridae & temperatae, sub parallelo Solstitiali circumuolueretur, quoad cum tertia in radice pedis, quarta aequae, & undecima in collo, stellis equi Bellerophontis concluderet. Quae figura superioribus connumerata, ad confirmationem praesagij, de instante & futuro excidio Studiorum, multum inseruit. Quantum vero

## P'ITIONIS COMETAE.



vero attinet ad significati-  
onem utriusq; equi, quate  
ethnicorum vates olim in  
suis institutionibus, de ho-  
minū statibus, non sine sa-  
pientissimo intellectu ex-  
posuerunt (quemadmodū  
in omnib. cæli imaginibus  
singularia mysteria ordinis  
& moderationis vitæ hu-

mane, ab erudita antiquitate comprehensa continentur) eorum alter ab  
historia Hipponoi filij Glauci regis Ephryæ, qui postea Bellerophon, ob in-  
terfectum Bellerum Corinthiorum primatem, cognominatus fuit, deriva-  
tionem nominis obtinuit. Referunt autem ipsum armatum equitem &  
constipatum militibus domuisse Solymos, populum secundum Homerum  
olim bellacissimum, propè Lyciam. Quæ significari in rebus politicis à pri-  
ori equo & minori, quem Precisionis vocabulo dicimus, iudicamus. Po-  
stea cum à Neptuno Pegasus, equum alatum & maiorem nactus fuisset,  
interemisse Chimeram in Lyciæ monte: Propter quas suas virtutes &  
res gestas meruit partem regni Lobatis &c: Sed hac felicitate elatus, ce-  
pit superbire & homines atq; deos habere contemptui: quare Pegasus  
conscendens, ausus fuit in celum volare, ex quo ipsum Iupiter æstro agita-  
tum, deturbavit, qui in Aleium Lyciæ agrum decidens, in eo cæcus oberra-  
uit & perijt.

Hunc Bellerophontis Pegasus adpetijt, ingressus est, & in eo evanuit  
Cometa noster: Qui utrunq; equum conscendit, priorem, designantem sta-  
tum politicum, quo militatum erat, superavit, Alterum, quo Chimeram,  
animal ex leone, capra & dracone peremerat, quo religionis Christianæ  
reformatores heretici, ex quam plurimis suam quandam doctrinam con-  
stantes, depinguntur, non pertransire potuit, sed in eo quasi defectus viri-  
bus exspiravit. Quod videl. tales sectarum seminatores in frontispicio  
leoninæ audaciæ, cum splendore simulato sanctimonie præ se ferunt: à po-  
steriore parte diabolici draconis monstro simillimi tandē animadvertuntur.

L ij

Bellero-

### TERTIA PARS DESCRIBIT

Bellerophon autem utrunq; statum gerere volens, & aulam & ecclesias moderari studuit, cum subactis propinquis armatis olim fortissimis, maximas diuitias & honores euectus fuisset, mox operam dedit, quomodo alius Pegaso suo, profana sacris miscendo & venditando, scandere, sanctumq; sanctorum aggredi & Dei vicem in terra & caelo agere possit. Sed his conatibus tandem infensus omnipotens Iupiter, æstro mali spiritus percitum & mente attonitum, oculisq; cordis priuatum, ne ad resipiscentiam, qua indignus iudicabatur, venire posset, ipsum ad inferos in Lyciam regni diabolici relegauit &c: Qua ceu imagine nobis significatur: Pegasus, id est, sacrosanctum ministerium, ab iniquo & superbo sessore gubernatum: sed tamen gubernatorem excussum & Pegasus in caelo reseruatum iri. Et quoniam Equuleus superatus sit: Remp. quidem vim passuram, sed sessorem illum gloriosum ad extremum & infelicem futurum & mortem obiturum.

Aquila & Delphinus, quorum asterismos Cometa præterijt, etiam arcanum aliquid significant, non autem in ea qua ante significatione, quã de Antinoe & duobus Hipponi equis à Cometa flamma ustulatis incensiq; explicauimus. Notant namq; eos, quorum intererit subterfugere, aut cohibere & opprimere sacrificia scelestæ & sanguine polluta Antinoi, itemq; facinora Bellerophonteæ cum sua Chimæra hypocritica. Referunt, siquidem Aquila & Delphinus, utriusq; status homines, præcipuè magistratum gerentes. Igitur ubi, quæ diximus, omnia suam fatalem periodum attigerint, interea quiescentibus Aquila Iouis sacrata aue, atq; Delphino (qui sicut illa in aère sublimius reliquis eleuatur, ita hic in aquis velocitate alios pisces anteuertit: & allectus sacris symphonis, mortalibus seruitium præstare dicitur: quiq; solus lingua volubili præditus, humanam vocem imitari potest, contra omnium aliorum piscium naturam qui muti dicuntur) tandem cum aliquis insignia Aquilæ ferens, tum vna cum eo Delphinus sacra mysteria diuinitus cognoscens, excubabitur: simul utring; consilijs & viribus coniunctis, inuectam in cætum Christianum hæresin ab hypocrisi pharisaica expurgabunt & radicitus extirpabunt.

Ad eam rem consiciendam, auxilia communicabit ex altera parte Antinoi, è regione Aquilæ adsistens Chiron, Saturni filius ex Philyra natus. Qui



95

P T I O N I S C O M E T A E .

tus. Qui cum diu in syluis vagatus esset, ibiq; nature & rerum crescentium arcana perdidicisset, tandem propter rerum experientiam, probitatem & iustitiam inde accersitus, Herculis, AEsculapij, Achillis & multorum Graecorum exterorumq; praeceptor fuit: quorum plerosq; cum enumerat, tum quibus artibus virtutibusue praestiterint, recenset Xenoph. in suo Cynegetico. Ex cuius narratione satis constat, varijs cum vitæ generibus, neq; tum excultis, neq; non laborantibus, consilio auxilioq; fuisse: & à barbarie totam Græciam liberasse, humanioremq; reddidisse. Qualem utinam nobis det Deus.

Similiter Pan Demogorgonis filius, ad eandem regionem aduersi lateris Aquile & Delphini sequitur. Cuius cornua (quæ Cometa primo exortu attingens, ledere videbatur) radios solares & cornua Lunæ, facies rubicunda aetheream regionem, Nebridis stella in pectore Firmamentum, pars inferior arborea feras terrestres, caprini pedes Terræ soliditatem, res praeseruant. Ut denuò secuta strage Studiorum & bonarum artium atq; faciliatum, hic septem suis imparibus calamis coniunctis, harmoniam cæli benigniorem humano generi reuocet exhibeatq;: utq; redeant expe-  
Et ata sacra illius in monte Auentino.

C A P V T N O N V M .

Examen schematis quadruplicis Cometæ, & ipsius habitus ad Solem in quatuor cardinib. cæli: atq; Genesium adplicatio.

Prior pars huius capituli absoluit ea, quæ spectant ad cõplementum præcedentis, videl. de planetarijs naturis stellarum fixarum & asterismorum, per quos Cometa transit. Ut in Antinoo & Equuleo natura ♀ & ♂, in Pegaso similiter & præterea accedens ♀ atq; ♃ (quorum Planetarum tanquam dominantium, asterismi prædicti induunt qualitatem) hac in parte consideranda est. Superius ♀ & ♃ tanquam vicem dominij subeuntes, & ipsorum natura exposita est, quibus ♂ posthabetur, ultimumq; locum

### TERTIA PARS DESCRIBI-

locum  $\Delta$  possidet. Nunc iuxta hunc ordinem, naturam porro & qualitatem eorum consulemus.

Venus ob domicilium suum fortissima quidem, coniunctione sed tamen Martiali admodum affligitur, sicut  $\odot$   $\square$   $\text{H}$  atq;  $\odot$   $\text{V}$ . Illius igitur res atq; personae cap. 2. expositae, in primis respiciendae nobis erunt. Restat deinceps ut loci qualitas, secundum quatuor caelestia themata, quibus ad iudicium ferendum opus est, explicetur. Ut primum in figura imperatoria, violentiam & afflictionem, una cum  $\Delta$  &  $\text{J}$  iuventuti instare adferit, quae amissis voluptatibus, quarum recuperandarum spes non sit, ludo, muneribus & eiusmodi delectationibus illecta, pessum eat. Mercurius in detrimento collocatus, & radijs Solaribus obsessus, atq; motu tardus & retrogradus, ratione sui loci in prima figura, sui generis aegritudines & varia corporis nocumenta, itemq; afflictionem seruilem a vicinis atq; animalium domesticorum contagium lethiferum, &c. annunciat.

Deinde in Coniunctionali themate  $\Delta$  tantum Veneri adsociatur, qui ambo dilapidationem & dissipationem in lautissimorum & potentissimorum hominum substantia, opibus, suppellectile, censu, redditibus, &c. portendunt: In quorum possessionem vel locum succedent, qui aut arte aut vi superauerint. Mars in eadem figura (qui etiam obreceptionem Exaltationis  $\text{H}$  fortis iudicatur, sed versa vice  $\square$  sinistro ad Cometam infeliciores euadit) dissidia & concertationes acerbissimas inter fratres, sorores, consanguineos & adfines orituras, itemq; insidias & pericula in itineribus et hospitij, atq; ob rumores terribiles a vicinia, decernit. Mercurius qualitate sui loci, acerba odia & animorum saeuissima incendia: cum inter parentes & filios, propter patrimonij, bonorum immobilium, thesaurorum, fodinarum metallicarum, sepulturae alienationes, repetitionesq;: tum inter alios qui hereditates se iure suo vendicare arbitrentur, commouebit. Et in hac figura Cometa cum emergente loco, in quo antea diximus  $\text{J}$   $\text{J}$  &  $\Delta$  haerere, sua praesentia maximum commertium obtinet, qui ideo quae ipsi portendunt mala, plurimum aucturus & corroboraturus videtur.

Tertio in Oppositionali themate  $\text{J}$  &  $\text{J}$  in primis, postea  $\Delta$  quoque sua & cum  $\text{V}$  hos praueiciens, in qualitate situs, sibi subiectis personis mortem & rebus eorum euersionem funestam, unde superstitibus improuise heredi-

PTIONIS COMETAE.

2

hereditates aduenturae sunt, minatur. Mercurius in loco religioso, cum corde in stella Martiali, turbas mouebit circa iudicium de religionis articulis & pietate, unde in diuersas inclinabunt animi opiniones & sectae exorientur multiplices. Vnde metuendum sit, ne ex diuinationibus & somnijs nouae accedant perturbationes, neu cum confessiones nouae à sapientioribus euulgatae, tum earum interpretationes multifariae, novos tumultus concitent. Praeterea ne instituantur peregrinationes & literae mittantur in fausto successu, verendum.

Postremo ex figura caelesti, ad caput crepusculi brumam (s. medium tempus adparentiae) proximè sequens, directa, ♀ & ☿ adsumit naturam à ☿ positu in primo themate consistente eoque loci enumeratam: Similiter quoque ☿ hic & ibi, eandem domum occupans. Hinc quae ibidem de ☿ fuerunt exposita, incrementum Significationis sortientur. Eodem modo ♃ & in hac & in illa figura aequalem positum obtinens, significationem suam quasi repetendo adaugebit.

Hae quae haecenus sunt enumerata, respiciunt coniunctam virtutem Planetarum cum asterismis Antinoi, Equulei & Pegasi. Nunc reliqui Planetae secundum proprium situm examinandi sunt & ipse quoque Cometa cum ipsis conferendus. Initio autem praeter luminaria Saturnus primarius gubernator omnium adparentiarum huius Cometae, solus restans, secundum quadruplicem figurarum caelestium habitum, obseruandus est. Hic in prima & ultima figura angulum occidentis occupans, in rebus matrimonialibus, nuptijs, negotijs muliebribus, deinde quoque societatibus, forensibus concertationibus & simulatibus, inimicitias graues excitabit. Vnde postmodum confederationes exitiales, rapinae & varij generis scelera proditura portenduntur. In altera figura Mercurij significationem, quam antea de parentibus & hereditatibus diximus, idem Saturnus adiuuabit. In tertia locum demoniacum & tristium euentuum tenens, multiplicabit mortalium erumnas, mærorem, labores & plurimorum paupertatem causabitur, alios carceribus puniet, alios occultis aduersarijs subiciet, impostores suscitabit insensissimos & meretrices efficiet contagiosissimas, maiorum animalium domesticorum & syluestrium ferociam mouebit, quae humanis corporibus vim facient, &c.

M

Lumina-

### TERTIA PARS DESCRIBI-

Luminaria in prima figura Mercurij effectibus adsimilantur, ♀ & ♂ atq; ♀ in ultima: Deinde in secunda Martialem prius notatam vim accipiunt. In tertia Sol cœli culmen & cuspidem regalem, sicut & Cometa in ultima (si secundum longit. simpliciter adspicias) obtinet: Vnde uterq; subiectis sibi regnis, ducatus, comitatibus, dominijs, detrimenta & funestas clades excitabit, multos suis honoribus & publicis administrationibus priuabit, Itemq; magisterijs, studijs & artium generibus tractandis, periculosus & aduersus erit, &c. Luna autem, qualis ♀ in secunda describebatur, speranda. In ultima ☉ Saturnum occidentalem imitabitur: Luna verò Solem in tertia.

Nunc Cometa situs per singula crepuscula, quæ Sole descendente ordinatur, considerandus erit. Primum in medio VIII. domus apud nos 28. gr. ♀ in medio cœli deprehensus ponebatur. Postea medijs suis adparentijs propius ad Meridianum, in eadem domo, 26. gr. ☾ cœlum mediante, accessit. Motu deniq; tardiore incedens, rursus ad emergentem locum dictæ domus declinauit, 11. gr. ♀. C. M. Ea q; ratione in nostro Horizonte, Sole occidente, Cometa omnibus temporibus VIII. domicilium rhe-matis cœlestis perambulauit. Quam ob causam illius virtus, significationem ♀ & ♂ in tertio themate corroborabit & augebit, quantum scilicet ad vicissitudines attinet status spiritualis, &c.

Meridianis temporibus & in principio adparentiæ 28. gr. ☾ C. M. Cometa terminum XI. & proximum locum emergentem XII. occupauit. Medio tempore, die brumali 0. gr. ☽ C. M. sensibiliter ultra medium XI. domus excurrit. Et tempore disparentiæ 3. gr. ☾ C. M. ultra trientem ferè, in X fuit transgressus. Meridiano sic tempore proximus initio, termino emergenti XI, per integram XI. cursitans, angulum M. C. petens, intrauit. Quibus multorum speratos feliciores euentus in irritum casuros, statusq; mortalium varias vices subituros, amicitias dissolutum iri, significatur. Plurimi etiam fidelissimorum amicorum ab alienationem deplorabunt. Suffragia erunt exitiosa, quibuscunq; communicabuntur. Consilia successum expetitur non adsequentur. Et in summa, spes omnis atq; fiducia in homines posita admodum inanis erit.

Oriente

Oriente Sole locus Cometæ infra horizontem in principio adparentiis  
 21. gr.  $\text{ny}$  in M. C. culminante, incidit, proximeq; apud nos in II. domo  
 ad gradum emergentem accessit. Medio tempore & brumali 5. gr.  $\text{w}$  in  
 M. C. culminante, adhuc infra horizontem latuit, sed mox à  $\odot$  oriturus,  
 & ideo cardini ascendenti proximus, tum circa rictum oris equi Belle-  
 rophontis adstitit. Quare sequentibus diebus Solem oriendo, usq; ad ter-  
 minum obitus sui, præcedere indies magis magisq; potuit. Latitudo enim  
 ortiua, ob crescentem Declinationem (unde arcus diurnus in parallelis  
 reuolutionis quotidianæ, quantitate sua creuit) facultatem ei tribuit, qua,  
 sicuti omnibus diebus Solem descendendo, sed tamen iustò altius, sequeba-  
 tur, ita quoq; ascendendo eundem præueniret. Minor enim portio Pa-  
 rallelorum ipsius, postquam Aequatorem transcederat, infra finitorem  
 comprehendebatur. Quare ad finem phenomèni huius, ascendente u-  
 nà primo triente  $\text{z}$  & Sole in principio  $\text{z}$  versante, potuit ipsum in  
 ascensu ad  $\frac{3}{4}$  H. antecedere, caudaq; sinistrorsum decedente sese nobis osten-  
 dere, ea forma, ac si nouum esset & diuersum quoddam Ostentum à vesper-  
 tino Cometa post  $\odot$  occasum nobis adparente. Sole tum oriente, 3. gr.  $\text{z}$   
 in M. C. culminauit, & Cometa iam XII. domus mediū ex aliqua par-  
 te transcendit. A principio itaq; II. domus per totū orientis cardinē, in  
 XII. usq; Cometa transiens, circa ortum  $\odot$  toto adparentiæ suæ tempo-  
 re, in nostra loci latitudine, obseruatus fuit: Vnde in primis videtur ascen-  
 dentem locum adflixisse. Quibus hominum radicali humori, vitæ, com-  
 plexioni, morum & animi qualitati, maximum detrimentum portendi-  
 tur.

Sole I. C. tenente, id est, media nocte instante, principio adparentiæ,  
 Cometa ferè in medio V. domus, sub nostro horizonte versatus est, 28.  
 gr.  $\text{z}$  C. M. Ad brumam verò, ante medium VI. o. gr.  $\text{z}$  C. M. Et  
 ultimo tempore in fine V. fuit. Ita ad mediæ noctis tempus utriusq; do-  
 miciliij particeps fuit. Cuius positus Significatio in prima figura de  $\text{z}$  &  
 $\text{z}$  recitatur.

Ad huius capitis calcem aliquid de Genesium adplica-  
 tione commemorandum putauimus. Quicumq; habuerint unum Signo-  
 rum

M ij

rum

### TERTIA PARS DESCR-

rum trium  $\text{b}$ ,  $\text{w}$  vel  $\text{H}$ , & imprimis horum medium  $\text{w}$ , quod Cometa integrum peruagatus est, in angulo orientis, ipsis vite terminus abbreviabitur, & vis eos & spiritus deficiet. Item in capite & facie varias passiones & adfectiones sustinebunt.

Qui in domo 2, quae Porta inferna dicitur, Signa praedicta habuerint: illi totius substantiae, praesertim rerum mobilium detrimentum & iacturam ferent. Itemq; colli ac cervicis infirmitatibus laborabunt.

Qui in 3. domo, id est, Dea: Hi cum consanguineis dissidebunt, & utring; mutuis cladibus sese adficiant. Item brachia, humeri & manus ipsorum grauissimè laborabunt.

Qui in 4. id est, Hypogeo: illis genitores interibunt, & patrimonium eorum cum rebus immobilibus dissipabitur. Atq; pectus cum corde in ipsis male adficietur.

Qui in 5. id est, Bona fortuna: circa liberos, munera & consuetas delectationes varia fortuna utentur. Et ex stomachi & laterum doloribus aegri erunt.

Qui in 6. id est, Aduersa fortuna: Varijs morbis & ingrauescente continua imbecillitate atq; vicij; corporis, & potissimum ad ventris regionem vexabuntur. Et familia ipsos summa molestia torquebit.

Qui in 7. id est, Diametro dyctico: coniugio infelice & inimicis infestantibus vitam transigent. Illorum viscera, pudenda & femora, magnis cruciatibus conficientur.

Qui in 8. id est, Epicataphora s. Porta superna: aut morientur, vel circa mortuorum hereditatem periclitabuntur. Hic etiam locus secretioribus partibus infestus erit.

Qui in in 9. id est, Cadente ab occasu: illi tam in rebus spiritualibus quam earum personis, item itineribus aduersa fortuna erunt. Et circa nates sese male habebunt.

Qui in 10. id est, Mesurania: honoribus, autoritate & magisterio priuabuntur. Circa genua atq; poplites humoribus destillantibus infirmitatem sentient.

Qui in 11. id est, Agathodemone: eorū amici ac fautores, animo mutato, desertores & aduersarij fient. Et circa crura inferiora vehementer laborabunt.

Qui

99

PTIONIS COMETAE.

*Qui in 12. id est, Cacodemone: miserrimi omnium habebuntur, & animo & corpore varijs afflictionibus erunt obnoxij. Illorum pedes & tali doloribus infestabuntur.*

*Ad hanc enarrationem adplicatae quorumcunq; hominum Geneses, s. figurae caelestes, ad momenta natiuitatum directae: praecipue autem praestantium virorum, qui magistratum siue ecclesiasticum siue politicum gerunt, vel quicumq; illustri nobiliue sanguine nati sunt. Illis ad futurae vitae status ex Cometae efficacia significabitur.*

CAPVT DECIMVM.

De motus Proprij ascendentis & septentrionalis  
consideratione.

**C**orporum caelestium, aethereorum & sublunarium duplex motus deprehenditur. Primus est, qui ab ortu versus occasum tendit, & in Aequatoris aut eius aliquo parallelo circulo, qualibet diurna reuolutione absoluitur. Huius regula est ipse Aequator. Et illius Poli sunt, qui dicuntur Mundi, Axemq; proprio coniunguntur. Circa quem Axem motus Primus contingit. Illius originalis potentia à primitiua creatione indita, in extremo caelo quod reliquos omnes ambit, indeq; primi mobilis nomen sortitum est, consistit. Hoc caelum extremum, circumactione sua omnes inferiores Sphaeras aethereas sibi inclusas, & Sublunaris quoq; regionis partem maximam, quasi violentia quadam, secum rapiendo reuoluit. Hanc ob causam talis motus illi proprius & essentialis, Sphaeris vero inferioribus alienus & accidentarius, adscribitur.

Alter motus dicitur Secundarius, qui in varias species subdiuiditur. Hic potissimum secundum suam proprietatem, ab occasu ad ortum versus, procedit. Sicut eiusmodi motus in Sole, Luna & reliquis Planetis atq; etiam quibusdam Planetis, attenditur. Interdum tamen, cum Planeta seu potius eorum Sphaerae sunt stationariae, adsimilatur Primario: sed neq; eadem aut tarditate aut breuitate temporis procedit, sicut regredientes Planetae ♃ ♄

M ij

♂ ♀ ☿

### TERTIA PARS DESCRI-

♂ ♀ ☿ ♃ testatum faciunt : neq; pari velocitate & perpetuitate, sicut plerunq; Planetæ demonstrant.

Iidem motus alijs quoq; accidentibus differunt. Nam interdum sursum aut deorsum in suis Spheris, à Terra recedendo aut ad ipsam propinquando, mouentur : Sicut ex omnibus prædictis corporibus patet. Itemq; ad latus, versus boream ascendendo, aut meridiem descendendo : quod excepto Sole à reliquis fieri animaducritur.

Horum motuum Secundorum regula Zodiacus est, præsertim quantum ad Planetas, qui tenens proprios suos Polos & Axem, secundum obliquationem Aequatoris circulum dissecit, una medietate ad Aquilonem, altera ad austrum relicta. Cometa autem extra regulam dictam, retentis tamen Planetarum accidentibus, interdum aliquibus quandoq; omnibus motibus feruntur.

Præsens autem Cometa, quem hæcenus descripsimus, excepta retrogradatione, omnes, quas diximus, motuum varietates expressit. Iuxta Primarium enim motum, quotidie ab ortu per occasum et inferiora redijt ad ortum, & Primi mobilis violentiam perpeffus est. Nihilominus tamen interea Secundarium quoq; spectans, semper longius ad ortum versus digressus est. Ita quoq; ipsum à principio altius adsurrexisse et postmodum denuò ad inferiora inclinasse, observationes testatæ fuerunt. Et visus est singulis diebus motum in latitudinem ascendentem atq; septentrionalem (ut titulus cap. huius sonat) adauxisse, eo modo & ratione qua est in descriptionis prima parte expositum.

Iste motus in latitudinem Zodiaci & declinationem Aequatoris, & utramq; borealem, hoc loco imprimis spectandus est. Circulus enim proprii motus dirimens Eclipticam & Aequinoctialem (circulos Primi mobilis notissimos & insigniores reliquis) hunc 299 temp. 34. |. 2. ||. illà 261. gr. 7. |. 27. ||. à communi intersectione horum circulorū, videlicet Aequinoctij vernalis, præcipuo progressu & numeratione instituta, transcendit. Quomodo vero idem circulus cum Ecliptica 29½ pp. & Aequatore 33 transitu suo, angulum confecerit, supra in prima parte est ostensum.

Qua ratione, si ponatur Proprius motus Cometa, descripto eius motus circulo, in Sphaera materiali a... cælo, cum sectione, qua Aequatorē intersecat, ver-



107

PTIONIS COMETAE.

cat, versus occidentem : adparebit illius in ortum progressio amplitudine anguli 33. pp. Cuius tamen terminum Cometa non fuit adsecutus, quia in Declinatione visibili 19. pp. 27. |. euanuit, ibidemq; ut in 6. cap. diximus, secundum veritatē motus Tropicum ☉ attigit. Hæc directio motus Proprii ab occasu procedens & declinans in alteram partem orientis versus Aquilonem, nobis demonstrat Significationis & Effectus eius progressum futurū: scil. à regionib. Mundi occidentalioribus, in eas quæ versus orientem illis ad boreale latus sitæ sunt.

Hinc elementorum & animantium motus, per maria & terras, secundum tabularum Geographicarum contextū, ad circuli quem diximus tractum, definiendi sunt: factō principio ab extremis, vel in Europa, Africa aut America, ad occasum situs regnis atq; populis. Sic nanq; exemplis superiorum seculorum etiam demonstratum est, quomodo scilicet Cometarum motus, ab una ad alteram Mundi plagam, etiam populorum & regnorum migrationes, impressionesq; similes, in superficies terra, semper produxerit. Ut cum Sarracenicum regnum initium sumeret, quod repente ad occasum versus, tam in Africā quam Europam progrediens, longè lateq; omnia occupavit: Cum paulo ante Cometa rotundus, Veneris stella triplo maior, ex medio Scorpii in antecedentia vsq; in medium  $\nu$  excurrens, quoq; fulsisset. Sicut ille à quodam Arabe, Hali Rhodoan describitur.

Regiones circa 9. pp. latitudinis septentrionalis sitæ, mediæ Declinationis Cometæ verticem notarunt. Quo sub Parallelo habitantes in Terrarum incolæ, in suos orientales & ad boream declinantes, tumultus maiores facient & mouebunt. Ut in America Canibaliū populi, peninsula meridionalis, metuendi à vicinis terrestribus atq; insularibus, ad ortū & boream sitis, erunt. In Africa vetus Guinea formidabilis illis ad ripam Nigris à Nilo maximi ibidem fluij. De gentibus in Asia, qui in extremo angulo Mallabariæ vitā agunt, timendi erunt Narsingensibus & insulis proximis. Item qui in Malaca s. aurea Chersoneso, terrestribus Cambiensibus & insularibus vicinis.

Postea à latere reliquæ regiones mundanæ, secundum æquabilem circuli cælestis positum, similiter spectanda & explicanda sunt. Ut primū generali consideratione, America aut præcipuæ eius partes, tam Africanis quam

TERTIA PARS DESCRIB-

quam Europæis, ut infensi ita periculosi existimandi. Africani Asiaticis meridionalioribus, & Europæi septentrionalioribus.

Quemadmodum olim contrario motu, ex Asia magna in Europam & Asiam minorem, irruptiones Tartarorum ab extremo oriente factæ sunt: qui in his regionibus partim cæsi, partim coacti sunt repetere suum iter. Sed tamen non longius quam ad Tauricam Chersonesum, hodie Gazariam & confinia paludis Mæotidis, hodie mare delle Zabacche, digressi, consederunt, usq; ad presentem ætatem. Similiter Turcæ in Syriam & Græciam per Parthiã mouerunt, &c. Hunni cum Attila rege ex oriente quoq; properantes, ferè totam Italiam vastarunt. Gotthi hinc inde vagantes, variâq; transeuntes terras depopulati sunt, & in Hispaniam secedentes, qui Westgotthi, reliqui in Italiam qui Ostrogotthi, à plagis mundi nuncupati, diu rerum potiti sunt. Et præcipuè in Hispania reliquiæ eorum diutius durarunt: cuius postmodum reges, ut testantur ipsorum historia, ex Gotthorum sanguine prognati, ordine successerunt, usq; ad ultimũ Ferdinandum & Isabellam, ex quorum filia Iohanna domus Austriaca, coniugio inito cum Philippo Diui Maximiliani I. Imp. filio, ulterius propagata fuit.

In specie particulares terræ cuiuscunq; Mundi continentis aut uniuersalioris partis, similiter respiciuntur. Ut è septentrionali peninsula America, ab extrema Quiuira & illis longius ad Polum arcticum, ex aduersa parte Moscouiticum territorium impressionem noui populi metuere poterit. Hispania noua pari modo Franciã nouam sitam habet, ut ex illa in hanc irruptiones fieri possint. Sicut & Hispani in Oceano Atlantico Gallorum nauigia turbare poterunt. In peninsula meridionali America Peruuiani Canibalibus, Patagonenses Brasilijs aduersi prædicuntur futuri.

In Africa littora Lusitanis parentia, iuxta Oceanum Atlanticum, Mauritanis s. Barbaricis & Biledulgeridibus damna inferent. Illa autè in mari del Nort veteri Guinea, & ita reliqua reliquis, ut in tabulis series ostenditur. Mediterraneæ regiones Affrica etiam infestæ nobis & suis futuræ: ut Mauritani maris mediterranei insulis, Corsicæ, Sardinie, Sicilia, Melitæ, Cretæ, Peloponneso, &c. Biledulgerides Aegyptijs, Ripenses Nigris fluij incolis regni Nubie, Qui in Nubia & circa fontes Nigris, item Manicongitani Aethiopiæ totius habitatoribus, sub latissimo imperio

101

PTIONIS COMETAE.

perio preciosi Iohannis, Aethiopes (qui & Abissyni dicuntur) ultramarinis in Arabia faelice degentibus.

In Europa extremi sunt Hispani, qui maximè metuendi Italis & nobis, quemadmodum etiam Galli respectu totius Germaniae superioris & inferioris, Ultrarhenanae & magna cisrhenana: & hi rursus toti Sarmatiae. Itali, Hungaris aut Dalmatis, & vicinioribus: hi Turcis coniunctis vicinorum auxilijs. Sarmatiae, id est, Poloni & Rhuteni Tartaris minoribus & maioribus. Angli, Danis & Suecis, &c. Harum terrarum aut gubernationis formae mutabuntur, aut sedes populorum ab occidentalioribus terminis in orientales transferentur. Quemadmodum olim inter Germanos usu venit, ut cum Suevi relicta antiqua sede quam tenuerant in Lusatia, Marchia & parte Saxoniae, Vandalis aduentantibus, quasi loco cesserunt, & alium locum quarentes, in Sueviam quam nunc dicimus, secesserunt. Sic & Longobardi circa confluentem Albis atq; Sala commorantes, motis sedibus transierunt in Galliam cisalpinam s. togatam, quae nomine mutato, ab ipsis Lombardia postmodum adpellata fuit. Sicut itaq; & gubernationum & populorum sedes, veterum saeculis plurimum ex orientabilibus ad occidentales & in austrum inclinantes terras translatae sunt: Eurotum validiore Zephyro, ad motum retrogradum in obliquatione Zodiaci: ita nunc vice versa Zephyrus contra Eurum flatibus robustioribus, ad motum directum inter Secundarios, impetum facturum est.

Sic in Asia, minor maiorem turbabit, Arabes & Aegyptij aduersus Persas insurgent: hi rursus in Tartariam magnam penetrabunt. Et tartari cum adiacente India ad meridiem, in Iaponenses & alios insulares atq; ulterius per Oceanum Eoum transfretantes, Americam borealis peninsulae innuadent.

Motus celeritas & tarditas etiã considerãde sunt: nam ab his predictorũ motuũ, inter mudi nationes, qualitas apertius depingitur. Initium videlicet fore vehementissimũ et repentinũ, medium remissius, sed tamen durabilius, & deniq; sedatis aliquantum turbis tranquillitas paulatim futura est.

Secundum vulgares aphorismos predictionales, inclinatio motus Proprii ad latus boreale orientis, comitem predictarum mutationum aeris siccitatem & subinde orituram pestilitatem, &c. minatur.

N

CAPVT

TERTIA PARS DESCRI-  
CAPVT VNDECIMVM.

Habitus Cometæ ad Solem & Horizontem.  
Ex quo effectus initium atq; perduratio cogno-  
scitur.

**E**xamen huius Cap. habet ferè similem methodum, qua in eclipsibus uti  
solemus: Vbi scil. media tempora adparentiarum, in diurnis paralle-  
lis ad orientis distantiam conferuntur, indeq; ex horis durationis interdū  
anni, ut in ☉, quandoq; menses ut in ☾, quamdiu malum duraturum  
sit, exponuntur, &c. Talis autem processus, quia non in omnibus circum-  
stantiis ad amussim huic phenomeno competit, necesse est ut innixi probas-  
bilioribus alijs rationibus, quam proximè ad eum accedamus. Quod ita  
commodius acciderit, si ex cap. 5. superiore, medium tempus, ipsam bru-  
mam, adsumimus: quia iste dies reliquorum intermedius, in eo loco ex  
prima descriptionis parte dictus est: ipsumq; momentum brumale ad di-  
stantiam utranq; respondit: ante ipsum enim, id est, à vestera diei 10.  
VIII br. 32.  $\frac{1}{2}$  D. vsq; ad matutinum 12. Xbris sunt numerati, inde  
rursus tot dies ad vesperam 13: Ianuarij, post quem non amplius contueri  
Cometam potuimus, quantitate & lumine deficientibus, ut omnino ocu-  
lorum aciem sequentibus diebus subterfugeret. Inter hos duos terminos,  
primum & vltimum, medium tenet, ut diximus, hora brumalis. Siue  
igitur diei ipsius momentum, quo Sol apud nos media septima antemeridi-  
diana ingressus est, vel quo vesperi horizontem subijt, themate cælesti  
consideramus: distantiam Cometæ à ☉ & Horizonte, hic orientali isthic  
occidentali non absimilem multum animaduertemus. Sol enim à Cometa  
sesquiquing; horarum spacijs, ex subductione temp. Aequatoris, utrinq;  
distans, reperitur. Sed bruma instante 10. H. 10. |. temp. loci Cometæ  
in Zodiaco & eius secundum longitudinem directionem, infra horizon-  
tem ad occasum versus: & subsequenti vespera Sole occidente, supra fini-  
torem eleuatus 10. H. 53. |. ab oriente recessit. Quæ temporis spacia in  
horam Planetariam adaptata, hic 8. H. cum 6. |. ibi 6. H. cum 56. |. pro-  
ducunt,

102

P T I O N I S C O M E T A E .

ducunt, & tantum duorum mensium interuallo, in desinendo principio effectus Cometae, differunt: quibus ab altero 11. dies Iunij & reliquo 16. Augusti, anni lab. 1578. indicatur. Vt à quo tempore vires, superiorib. capitibus hinc inde definitæ & expressæ, exordium facturæ sunt. A principio adparentiæ & fine, quia habitus ad Solem simillimus extiterat, parumq; à iam citato medio differebat, etiam similia & temp. non multum inuicem distantia, circa principium effectus Cometae procreabuntur.

Præterea de initio Effectus notandum, quod quia tempore brumali, sicuti cap. 9. commemorauimus, nondum orientalis Cometa adparuerat, etiam ex medio adparentiæ subito aut mox à disparitione ipsius effectus initium prædici minimè poterit. Quanquam autem posteriorib. diebus usq; ad finem visibilis adspectus, vix ad 4. septimanas oriens, Solem præcesserat, parū de propinquiori effectū significando valere poterit, cum & tum temporis tam motu remissior, quam quantitate & lumine minor & infirmior conspiceretur. Si quid tamen inde conijciendum, imbecillum tantummodo exordiorum & quasi prodromi loco, respectu futurarum maiorum expeditionum habebimus. Quæ ideo in medio relinquimus.

Significatio hoc modo principio effectus Cometae, nunc quoq; durationis spacium meditandum nobis erit. Habita proportione Luminarium, quorum vnum annua, alterum menstrua spacia, ex horis adparentiæ elipsium metitur, ad Cometas conuenient menses Solares, qui cum diebus adparentiæ equiparandi, ut hoc modo vtriusq; luminaris obseruatio habeatur. Luna enim certa mensum numeratione, sicut in cyclis ostenditur, certum annorum numerum emetitur, ut in periodis Calippi, Hipparchi, Hebræorum, Arabum, &c. definitis temporibus à nobis in singulari opere, accidisse omnibus Mundi seculis, demonstratur, Si ergo Dies LX. V. (quibus Cometa oculis nostris conspectus fuit) à Solis cursu & reuolutionibus diurnis emensos, menstruis spacijs  $29\frac{1}{2}$  D. à ☽ motu propemodum descriptis, adplicamus: adiunctis 22 H. quibus dodecatemorion Zodiaci à ☉ equali spacio conficitur: diuturnitas effectus Cometae ad 152 D. supra quinquennium statuitur. Quod temporis spacium ad 16 Augusti diem, ante annotatum, quando referimus, exinde per labentes annos 1578 (in hoc à 16 Augusti initio factō) partim, & postea integros 1579. 1580. 1581.

N 2

## TERTIA PARS DESCRIBITUR.

1581. & 1582. usq; in 12 D. Ianuarij 1583. perduratio effectus Comete nobis predicatur, consideratione scilicet facta ad nostrum Finitorem. Hac temporis reuolutione, quaecunq; ex decreto astrorum caelestium, Planetarum & stellarum fixarum configurationibus mutuis & ad Cometam habitis, prius sunt declarata, potissimum suae expeditionis curriculum absoluent.

Et sicut in eclipsibus Luminarium, in occidentali caeli parte, & propius à Meridiani quadrante effectus maiores post durationis medietatem accedere solent: Ita & de Cometa statuendum est, cuius dimidium durationis effectus à fine Augusti mensis, anni lab. à N.C. 1581. pertingit. Circa haec ergo tempora & praesertim subsequentibus mensibus, efficacia & vis eius maxima & validissima à mortalibus sentietur.

## CAPVT DVODECIMVM.

Situs orbis siue thematis caelestis inspectio.

Capite nono quadruplicis figurae caelestis mentionem fecimus, cuius scilicet Ope Effectus & significatio eo loci explicati sunt. Primam figuram direximus ad horam ad aspectus Cometae sextam, sub crepusculum diei 10. Nouemb. anni 1577. quo tempore primum oculis mortaliū adspiciendum se offerebat, eoq; à nostro imperat. & monarcha Romani Imperij in meridiano circa Hesperides & Fortunatas insulas, caudam in Indiam usq; porrigens, visus fuit. Huius thematis & orbis superiorum corporum in caelo, dominator est primarius Saturnus in 6 domicilio suo principali et mutua receptione Exaltationis Martialis in VII loco scilicet cardine occidentis situs: Qui est Planeta frigidus, siccus, terreus, masculinus, diurnus, infortunij maioris, maleficus & melancholicus. Eum proximè sequitur ♀ in 2 domicilio suo, & cum spica ♃, frigida, humida, nocturna, faeminea, fortunae minoris & phlegmatica. Excepto huiusmodi temporis omnes Planetae infra terram fuerunt absconditi, in quinta ♃, ♀ & ♂, in sexta ☉, ☽ & ♃: reliqui orbis caelestis loci toti fuerunt vacui à Planetarum praesentia. In Viennensi finitore adsurgebat 25 gr. II, & medium caeli ob-

tine-

107

PTIONIS COMETAE.

linebat 23.  $\frac{1}{2}$   $\text{♁}$ . Cometa autem, ob latitudinem suam borealē, in medio VIII domus versabatur, caudam per VIII usq; ad Meridianum fermē exporrigenſ. Et, ut quidam eum tunc obſeruabant, ad 44. gr. sub Primo mobili extendebatur. Cor  $\text{♁}$  in cardine I. C. versabatur. Hinc petitur Significatio, quae partim superius exposita est, partim in posterū ab Astro-nomicarum predictionum peritioribus fusius explicari poterit, &c.

Alter a figura, situm orbis caelestis ostendens, est proxime  $\text{♁}$  lumina-rium, cui, quod predictum adſpectum antecesserat, ex decretis Ptolemaei sequens  $\text{♁}$  additur. In Lusatia horizonte interlunium illud in VIII domo continebat, 10 D. VIII br. 33. min. sexagesimis, summo mane à me- die noctis audita XII. ascendente 11. gr.  $\text{♁}$   $\text{♂}$  culminante 5. gr. 10. |. II quo Cometa tum nondum visus, sed proculdubio modo incensus, fermē medium V. domus infra terram occupavit,  $\text{♁}$  caudā usq; in alteram me- dietatem VII proiecit. Mars tum emerſerat in III.  $\text{♁}$   $\text{♂}$  in II.  $\text{♁}$  cum  $\text{♁}$  in III. Prioribus dominis figura hic per accidens, particeps  $\text{♁}$  con- iungitur, quia proximus cardini I. C. qui est Planeta siccus, versatilis, in- differentis speciei, melancholicus cum adustione. Quo tempore hac ratio- ne omnes Planetae, cum ipso Cometa, inferius hemissphaerium occuparunt, quemadmodū in precedente medietatē à Meridiano circulo orientalem. Hanc figuram Arabes principalem iudicant in toto examine efficaciae Co- metae: Sicuti à Cardano in suis Commentarijs quae adripartiti Ptolemaei, de Hali Rhodoan exemplum singulare profertur.

Tertia figura est plenitunij subsequentis, quae minoris auctoritatis, sed tamen ob confirmationem prioris additur. Id sub nostro horizonte in III. domo, 25 D. VIII br. 10. H. 53. M. ante merid. extiterat, ascendente 10  $\frac{1}{2}$  gr.  $\text{♁}$   $\text{♂}$  C. M. 17. gr. 50. |.  $\text{♁}$  tum Cometa auctus latitudine, vicinus existebat emergenti loco XII. domus, in fine XI. caudam per in- feriora usq; in ascendentem domum dirigens. Sole proximo M. C.  $\text{♁}$  in VIII.  $\text{♁}$   $\text{♂}$   $\text{♁}$  in VIII.  $\text{♁}$  in fine VII proximē emergenti VIII cum  $\text{♁}$ . Excepta  $\text{♁}$  omnes Planetae cum ipso Cometa, in superiori hemissphaerio,  $\text{♁}$  contrarijs locis respectu prioris figurae positi, reperiebantur.

Quarta figura est brumalis duplex: prior ad ingressum  $\text{♁}$  in Bere- eta: Posterior vero ad occasum  $\text{♁}$  subsequentem. In illa ascendit 9. gr.  $\text{♁}$   
 $\text{N}$  ij  $\text{♁}$  culmis

### TERTIA PARS DESCRIBI-

*Et culminat 7. gr. 20. |. ☽. Ioue in C. M. ♀ in XI. ♀ in XII. & ascen-  
dente cum ☉. Saturno & ☾ in II. Cometa autē caudam sinistrorsum ex-  
tendens totus in horoscopo animaduertitur: Hęc figura aduersa est primę,  
in eo quod omnes Planete cum Cometa in medietate cœli orientales à Me-  
ridiano obseruantur. In hac adsurgit initium ☽ & 26. gr. ☿ C. M. &  
Cometa ex latitudine sua VIII tenet, reliquorum termini adsimulantur  
primę figurę.*

**E**T hęc est tota summa tertię partis **DESCRIP-  
TIONIS COMETÆ**, qua finem huic libello imponi-  
mus & nos legentium beneuolentię commendamus:  
quorum & omnium recte sentientium examinationi &  
probationi, singula superius scripta committimus, eo-  
rumq; iudicio subiicimus. Aduersariorum autem, qui  
huius professionis sunt ignari, calumnias & execrationes  
suis infirmissimis argumentis, nequaquam audiendas cen-  
semus. Et cum plerunq; ex eorum numero sint & farina,  
qui artis expertes, subiectum Astronomię proprium (vt  
in hoc ostento quidam conantur) ad aliam facultatem  
referendam esse, insanabili mentis furore autumant. Hi  
præter quam quod non audiendi etiã contemnendi, atq;  
cum aperta refutatione à Philosophię titulo & profiten-  
tium consortio, tanquam publici optimarum artium ho-  
stes, cum maxima infamia excludendi. Ac si secundum  
illud Homericum, egregius egregia subit arma, & dete-  
riori deteriora redduntur: idem his temerarijs bonarum  
artium traductoribus continget: quia ipso facto ostendunt  
se nec egregios esse, multo minus egregijs armis in  
arenam



164  
PTIONIS COMETAE.

arenam procedere audere: ergo deteriores, tanquam ad  
perniciem nati, deteriora moliuntur & quoscunq; pos-  
sunt persequuntur. Ita bonitas à bonis & malicies à ma-  
lis, proficiscuntur: tanquam ab arboribus diuersarum  
specierum & naturarum, quæ suis fructibus agnoscun-  
tur: similiter & ij qui ad rogam condempnant Studia.

MANILIVS lib. I. Astronomicōn.

*Aut grauibus morbis & lenta corpora tabe  
Corripit exustis lethalis flamma medullis,  
Labentesq; rapit populos, totasq; per vrbes  
Publica succensis peraguntur fata sepulchris,  
Quin & bella canunt IGNES subitoseq; tumultus,  
Et clandestinis surgentia fraudibus arma.  
Ciuiles etiam motus cognataq; bella  
Significant, &c.*

GORLICII

Excudebat Ambrosius Fritsch, Anno 1578.

22

PROLOGUS

ad hanc partem spectat. et deinde ad  
partem hanc, deinde ad partem hanc  
hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem

DE ANTIQVA

Antiqua hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem  
hanc partem spectat. In hanc partem

GORLICHII

Excudebat Ambrosius Erichs, Anno 1578.



Umg. VI 67

[Dissertationes

miscell. Vol. 21.]


ULB Halle

3

002 402 475



A-20






15  
Cometæ,

ANNO HVMANI  
TATIS I. C. CIO. IO. LXX. VII.

à 10. VIIIbris per Xbrem in 13. Ianuarij sequen-  
tis anni, continuis Lx. & V, D. in sublunari  
regione adparentis,

D E S C R I P T I O.

*De illius motu Visibili & vero, adiectis cognitu dignioribus  
calculi, tabularum & demonstrationum ocularium fundamentis. De-  
nig, de huius meteoricæ impressionis Significatione, ex  
premissa descriptione, concepta.*



Authore BARTOLEMAEO SCYLTETO Philomathe.